Respondeo 3º significatio doctrinalis si differt a suppositione simplici et logica intra propositionem dicitur significatio doctrinalis nec enim voces ita significant tunc obiecta ut per eos docto loquamur, explicando illud quod est proprium obiectum. probatur 1º: significare doctrinaliter intra propositionem est significare subeundo aliquod munus logicum loco obiecti; sed subire aliquod munus logicum loco obiecti est supponere passivè et logicè pro obiecto: ergo significare doctrinaliter utique intra propositionem est supponi logicè, et passivè pro obiecto: ergo non differt significatio doctrinalis a suppositione logica, dicitur intra propositionem, in qua propriè datur suppositio logica quod sit significatio doctrinalis. Dico in vocibus extra propositionem non differat a suppositione logica in actu 2º: quatenus logicæ sunt voces doctrinales significativæ suppositionem logicam.

Quæres 3º: quænam vera propositio de subiecto non supponente? Respondeo eam, in qua id, quod significat praedicatum, sive obiectum subiecti non datur sicut exigitur a copula. propositiones ergo de subiecto non supponente sunt falsæ, ut hæc Adamus currit, et hæc antichristus est albus, in quibus copula exigit existentiam subiectorum, cum autem subiecta non existant de subiecto non supponente dicuntur non quia non supponunt voces pro suis obiectis, sed quia obiecta non dantur, ut exiguntur a copula. propositiones negativæ propositiones sunt veræ ut Adamus non currit, antichristus non est albus, ratio est quod et si propositiones illæ sint de subiecto non supponente, vi negandi supponitur omnibus, sed negandi absolute sunt: nunc autem in propositionibus suppositis negatur. quando ex parte subiecti aliquid tribuitur ut verum, quod verum non est: ergo in hac propositione quidquid antichristus est albus negandi suppositum est, propositio autem non neganda, quia ablato illo supposito propositio positiva vera, si falsa quando autem copula non exigit existentiam subiecti quia praedicata non sunt necessaria subiecto non propositio de subiecto non supponente ut in hac antichristus

est animal et homo est ens

Caput 3um

Dividitur suppositio logica ubi de ascensu et descensu

~~esse et homo aliquis~~

Magno operae pretio ante Doctores aliqui suppositionis divisionem praemittunt praecipue Conimbricenses, Complutenses, Tironesque minime remorantis dialecticis, nihilominus elementa praecipue commendanda, ego autem in initiis praecipuis utilibus praemittam hoc modo, in modo breviori quo fieri potest ... ex parte dividi solet sed communiter suppositio in propriam et metaphoricam, ex qua Rhetores potius quam Logici metaphorica suppositio dicitur. Propria suppositio est positio termini pro suo significato proprio, ut leo pro animali rugienti; fulmen pro lapide igneo e nube emisso. Impropria autem suppositio est, quae ponitur vox pro significato metaphorico et impropria, ut leo pro homine audaci fortique: fulmen pro homine nobili ut appellavit Virgilius Scipiones filios duo fulmina belli.

Secundo dividitur suppositio logica in suppositionem ~~aliam~~ communem, et singularem: illa est positio termini pro pluribus suis significatis, ut homo est animal, ubi terminus homo pro omnibus individuis supponit. Singularis est illa, in qua ponitur terminus communis, vel singularis, pro uno singulari significato: ut homo fuit generis humani opifex, ubi terminus communis homo pro Christo singulariter supponit: idem in hoc Petrus currit, ubi terminus singularis Petrus pro singulari significato supponit.

Dividitur 3o suppositio in simplicem, et personalem: illa est positio termini pro suo significato copulate sumpto in ordine ad intentionem, ut in his propositionibus animal est genus, homo est species, ubi terminus animal, et terminus homo copulative sumuntur, hoc est, pro collectione

animalibus, et hominibus pro singularibus vel aliis pro-
tertius de intentionibus ut sunt genus, et species quae sub praedicabili-
bus continentur supra personalis est positio termini communis
pro suo significato distributive sumpto vel pro aliis de intentionibus ut in pro-
positionibus homo est animal, animal est vivens, singulis [illegible]
ut supponit praedicatum sive genus est [illegible]. Hinc colliges conclusio-
nem in hoc propositione et similibus petrus est individuum naturae humanae
petrus est ens in supponit suis petrus supra personalis, et neque
terminus communis sed supra singularis supra exposita.

3o dividi-
tur suppositio in completam incompletam, et a modo complexam. completa est
positio termini pro omni suo significato nullo dempto ut homo est
rationalis, incompleta est positio termini communis pro suo significato
a aliquibus demptis ut in praedicato. totum est quod dicit in hoc pro omnes
homines in [illegible] perierunt demptis [illegible] [illegible] et
frequentissima vero mala suppositio a modo complexa est positio termi-
ni communis pro aliquo s. aliquibus individuis seu speciebus
ut ego de animali fuit in arca Noe, ubi terminus animal
pro aliquo, s. aliquibus individuis ex speciebus animalium quae
in arca servata fuerunt, sumitur non pro omnibus individuis, nec pro
omnibus speciebus animalium, nam pisces, et animalcula quae putre-
factione gignuntur in arca servata non fuere.

4o et principaliter
dividitur supra in distributivam, sive copulativam, copulatam, disiuncti-
vam [illegible], et confusam, quadruplici huic supra quadruplex
[illegible], distributiva [illegible] quadruplex [illegible], vocatur a [illegible]
[illegible] ab inferioribus ad terminum communem, ascensio vero a ter-
mino communi ad inferiora descensus nuncupatur; supra distributiva
est positio termini pro omnibus, et singulis inferioribus [illegible]
[illegible] praedicationes [illegible] ut in hoc pro omnis homo est animal
[illegible] [illegible] in quibus terminus communis homo [illegible]

omnia individua sua superiori, et de illorum quolibet dicitur etiam copulatim verificari praedicatum. ut omnis equus currit: ergo hic et ille et ille equus currit: quae argumentatio dicitur descensus a termino communi superiori ad individua: ascenditur autem cum argumentamur sic: hic equus, et ille, et ille equus currit: ergo omnis equus currit ascendendo a suis inferioribus ad terminum communem.

Suppositio copulata, sive collectiva est, quando terminus communis praedicatur pro suis inferioribus collective sumptis ad verificandam propositionem allatam, ut in his propositionibus omnia elementa sunt quatuor, omnes evangelistae sunt quatuor, omnes Apostoli sunt 12 etc. denique de quolibet elemento dicitur verificari quod sit quatuor sed omnibus collectis, hoc pacto aer, aqua, terra, ignis, sunt quatuor: ergo elementa sunt quatuor eum ascensum formare, aut descensum copulatum ita sicut Evangelistae sunt quatuor, ergo Mathaeus, Marcus, Lucas, et Joannes sunt quatuor.

Determinata, sive disjunctiva suppositio est positio termini communis pro aliquo inferiori indeterminate ex parte termini allati, determinate ex parte rei assignabili, ut in hac propositione aliquis equus currit, in qua terminus equus supponit pro aliquo inferiori, quod non determinat, hoc est determinate determinatum ex parte rei, cui praedicatum convenit exponitur per propositiones disjunctivas hoc pacto scilicet hic scilicet ille equus currit, scilicet ille currit etc. Dicitur quia Deus solus cognoscit ex parte rei aliquem determinatum, de quo praedicatum currit verificetur, et ni facta sufficienti enumeratione per propositionem negativam, nullum equum currere manifestat de illo verificari debeat propositio, hic equus non currit, et ille equus non currit: ergo nullus determinate currit. Fit descensus ita, aliquis equus currit ergo scilicet hic equus currit, scilicet ille equus currit etc. Fit autem ascensus

altero disiunctis propositionibus ad illas determinatas
progrediendo.

Supra diximus, propositionem terminis
communibus conceptam quae infertur, nec determinate exprimere hunc
alterum, nec indeterminate exprimere obiecti significationem aliquem hunc
vel illum equum requisitum ad equitandum, in qua terminus
ille equus supponit pro aliquo equo indeterminate; hic propositio
natura est: nec a Deo est ut requiratur ad equitandum determinate:
quod plurium disiunctiva significat enumerationem equorum plurium etc.
ibi enumerati nequeunt requiri ad equitandum de hoc, uno vel illo
sed quilibet supponit confusam in propria quod requiratur
ad equitandum: unde illa propositio exponitur: s. hic, s. ille, s.
ille equus requiritur ad equitandum, nullus enim determinate significatur
est qui requiratur, sed quilibet significatur ut requiratur, ut
supponitur a hic, sed omnes: s. ille, s. ille equus requiritur ad e-
quitandum per aliquem equum requiritur ad equitandum o ... formali
dicentes.

Restat hanc divisionem propositionum quoad de-
terminatam, et confusam declaremus, et ad ultimum quantum dis-
iunctam et ad copulam attinet; quamvis propositionum determina-
te et confusarum: sed ipsius eiusdem duplex exemplo: ut sit quidam
dicti equorum praemittendum: sed quod propositio confusa indetermi-
nata sit, nec a Deo sit determinatum aliquod equorum designa-
tis praedicatum; nec in de nullo determinate enuntiatur ...
enim propositio determinata est, quando ... supra determi-
nata exponendo propositionem per plures propositiones copulando singula-
ria, sed disiunctim sumpta; confusa vero est propositio, quae
exponitur per plures propositiones copulando praedicatum singula-
ribus, sed per similitudines propositiones copulando praedicatum
subiectis singularibus conjunctim acceptis: praeterea ... hac propositio de-
terminata, aliquis homo currit, quia potest exponi

hic homo currit, et ille homo currit, hic ille currit opposito
currendo cuilibet praedicato currens currendi. patet etiam in hac
propositione aliquis equus requiritur ad equitandum, quae
non exponitur ista hic equus requiritur ad equitandum, et ille equus
requiritur ad equitandum et sic de aliis, nam singulae falsae sunt et exposi-
sita vera, sed ista debet exponi sic: hic, et ille, et ille equus
requiritur ad equitandum et nullus eius sub disiunctione affir-
mando, quod requiritur: quod etiam dicimus si proponendum
plurium est

Dicitur alia suppositio appellatio mixta ex singulari et
ex dualibus coalescit: ut in hoc propositione aliquis homo currens
singula dat suppositio determinata pro aliqua collectione [illegible]
currentium, et dat etiam suppositionem distributivam pro quolibet homi-
ne singulari in ea illa collectione.

Caput IIII

Examinatur relativorum suppositio generaliter praecipue pro [illegible] supra positio.

Complexa
relativa relativorum suppositionis explicatione diversi modi
colendi in propositione terminus relativus [illegible] ut subiectum in
[illegible] propositione affert, ut in hac propositione omnis homo currit qui movetur
[illegible] tamquam quod praecipue explicat subiectum, sicut relativum
tamquam [illegible] explicationis omnis homo qui currit est animal, [illegible]
demum affert tamquam limitatum ad partem inferiorem [illegible]
et superiorem ut in hac, omnis homo, qui Deus [illegible]
omnis homo non adest, sed eius [illegible], qui Deus [illegible]
[illegible] relativum est, quod praecedentis [illegible] in propositione
[illegible] ipse [illegible]

[illegible] generaliter

pro collectiuam supp., dicitur, non pro quo diversimode collective
relativa etc. quia maxime [illegible] pro sensu; reducantur in
doctrina ad Claudium, quae post capita ostenditur: quod relativa
conferunt ex parte sua et suppositis, et non ex conceptibus prin-
cipali supponunt eadem supp. ac antecedens: patet in exemplis, in quibus relati-
vis conferunt veritatem in exemplis cum aliis, et ad illis determinatas suppositiones
videlicet: omnis homo, qui currit movetur, omnis homo, qui Deum timet
respicit, relativum qui eadem supp. distributiva suppo-
nitur, ac terminus homo, ergo hic homo, qui currit movetur et ille
homo, qui currit movetur etc. item hic homo, qui Deum timet
respicit, et ille, qui Deum timet respicit etc.

Assero 2.o
relativa conferunt communes subiectum aut praedicatum in propositionibus
ponuntur eadem supp., ac antecedens, ut in his, omnis homo diligit se aliquis
homo odio se habet omnis homo redimit seipsum aliquis homo se [illegible]
quod homo odio se habet [illegible] homini se ubi in exemplis uni-
versalibus relativa se supponunt distributive, in particulari-
bus autem determinate.

Assero 3.o quod relativa conferuntur non
ad supposita ex parte sua, sed ad subiecta conferuntur diversimode ac copula
principali supponunt diversa supp., quod non conferuntur cum ad
totum subiectum antecedens; quod autem ad totum subiectum antecedens conferuntur eadem
supp. ac antecedens supponunt. exemplo: in hac propositione omnis equus currit
et ille sequitur adaequationem totum subiectum antecedens est omnis equus
relativum autem est terminus ille, qui in 2a propositione est subiectum sub
[illegible] copula principali et propter dico in hac propositione relativum ille
non supponit eadem supp. ac antecedens equus quia refertur ad totum illud antecedens omnis equus simpli-
citer ad terminum equus exponitur sic: hic equus currit et ille equus
currit etc. et sic ille, sic ille, sic ille equus sequitur adaequationem unde
in ea propositione terminus antecedens equus supponit
suppositione distributiva, relativum autem ille in 2a propositione

supponit

supponitur supra confusa: aliter esset falsa propositio cum falsum sit, quod omnis equus requiratur ad equiparandum; quod si relativum terminum referat distributum subiectum antecedentis propositionis, supponet eadem suppositione, ac antecedens: patet in hac propositione, omnis homo currit, et ille est animal: in qua relativum, ille, refertur ad totum subiectum antecedentis propositionis, nempe omnis homo; exponitur enim, hic homo currit, et ille homo currit, et ille homo est animal et ille est animal et c. unde eadem distributiva suppositione gaudent relativum, et antecedens.

De relativis, quae in propositionibus exclusivis afferuntur, specialiter agendum restat: dico ergo 4°: in propositionibus exclusivis relativum non gaudet eadem suppositione, ac antecedens, quando antecedens gaudet suppositione distributiva; quando tamen alia praeter distributivam suppositione gaudet antecedens, eadem gaudet et relativum. 1.um patet in exclusiva propositione: omnis homo est risibilis et praeter ipsum nullum vivens est risibile; in qua antecedens homo supponit suppositione distributiva, relativum autem ipsum ita distributum requirit, nam praeter quemlibet hominem distributive numeratum, aliud, et aliud vivens est, quod sit risibile: unde accipi debet relativum ipsum collective seu copulate, ita: et praeter ipsum hominem copulate, et collective nullum vivens est risibile. Q.

2.um probatur: quia in his propositionibus, omnes evangelistae sunt 4.^or et praeter ipsos nullus homo est evangelista, relativum praeter ipsos supponit copulative, ut supponitur antecedens evangelistae: item in hac: omne animal fuit in archa Noe et praeter ipsum nullum vivens fuit in arca Noe, ubi relativum praeter ipsum aliomodo complexe suppositiva, sicut antecedens animal; exponitur enim: aliquod animal ex qualibet specie perfecta, quae aliter [illegible] requirebatur fuit in arca Noe, et praeter ipsum aliquod animal ex qualibet specie perfecta, quae asservanda requirebatur nullum vivens fuit in arca Noe: ecce eadem suppositione alio modo complexa relativum, et antecedens supponuntur.

Iam ergo praemittam

praecepta pro suppositione terminorum facilius capienda praemittimus: ante ponamus ipsa 4or supponens signa, quae communiter numerantur: 1o. dantur signa universalia affirmativa, id est voces universales supponentes affirmativae in terminis cui adiunguntur, denotantes: ut: omnis, quilibet, ubique, semper. 2o: alia sunt signa universalia negativa, ut nullus, neuter, nullibi, nunquam. 3o: alia sunt particularia affirmativa, ut aliquis, alicubi, aliquando. 4 demum alia sunt particularia signa negativa, ut aliquis non, alicubi non, aliquando non, quae omnia denotant universalitatem rei, temporis, aut loci: terminus immediatus signi dicitur ille, supra quem immediate cadit: mediatus autem ille, supra quem mediate cadit: ut in hac propositione omnis homo est animal, terminus homo dicitur immediatus respectu signi omnis; et terminus animal dicitur terminus mediatus.

His suppositis 1um praeceptum sit: signa universalia affirmativa distribuunt terminum immediatum, quem afficiunt; mediatum vero determinant: ut: omnis homo est animal, semper ubique loquitur: sic exponitur: hic, et ille homo, et ille homo (distribuendo terminum immediatum homo) est hoc, vel illud, vel illud animal determinando mediatum terminum animal: 2a vero ita: semper in hoc, et illo, et illo loco loquitur hac, vel illa, vel illa locutione. praeceptum 2um: signa universalia negativa distribuunt tam immediatum, quam mediatum terminum, quem afficiunt: ut nullus homo est leo: valet, neque hic homo, neque ille est, nec iste, nec ille leo: item pro adverbiis: ut nunquam currit in tempore, neque in hoc, neque in illo tempore currit, neque hoc, neque illo currit. 3um praeceptum: signa particularia affirmativa utrumque terminum tam mediatum, quam immediatum determinant: ut aliquis homo est animal alicubi: id est, hic, vel ille, vel iste homo est hoc, vel illud, vel illud animal, hoc, vel illo, vel illo loco. praeceptum 4um: signa particularia negativa terminum immediatum determinant, mediatum distribuunt: ut aliquis homo non est equus, id est: hic homo, vel ille homo non est neque hic, neque ille

neq ille equus: petrus currit albo ludi non, idest, licet in albo currat, in illo currat.

Tertius terminus solent signa praecipue alia confusionis verba quaedam necessitatem denotantia, ut requiritur, necessarium est &c. quae distinguunt semper indeterminate non minus immediate, neque per subiectum, cui attribuuntur: ut, oculus requiritur ad videndum: equus necessarius ad equitandum; idest, vel dexter, vel sinister oculus, neuter tamen determinate. De quibus probus supra iam egimus. regulas hic omittere pigritarum [illegible], quae etsi aliquando deficiant pro subiectorum, et praedicatorum natura, tamen universales regulae praetermittendae non sunt, quia suam aliquando exceptione non careant: quod si praeteriti sunt, nunc ac terminis iuxta inchoatam in sequenti quaestio 2a residuas terminorum proprietates absolvit.

Quaestio 2a

Residuas terminorum proprietates absolvit

Tandem, ut hinc iam exterminemus [illegible], petunt terminorum proprietates ratione temporis, ad quod referuntur. hae sunt status, distraxio, et ampliatio. status est positio termini pro temporis differentia importata per copulam: ut petrus currit, antichristus existet, in quibus afirmantur termini pro tempore praesenti importato per copulam, et existentia antichristi pro differentia temporis futuri. distraxio est positio termini pro temporis differentia diversa alia, quae importatur per copulam: ut in his propositionibus a suprema veritate renuntiatis, ut tibi dixi, caeci ambulant, ubi termini caeci, et claudi usurpandi sunt pro tempore praeterito, et ita si loquantur debent: ut, qui fuerunt caeci vident, qui fuerunt claudi ambulant. ampliatio est extensio termini ad aliam differentiam temporis non importatam per copulam: ut homo est animal, in qua copula est importat tempus praesens: terminus tamen extenditur ad omnes homines pro quavis differentia temporis.

llatus: differt ergo distractio ab ampliatione, in eo quod distractio petit
quod terminus distractus nequeat intelligi pro temporis differentia
portata per copulam, ampliatio autem id non petit: pro tempore enim
importato per copulam, et pro aliis temporibus non importatis per co-
pulam intelligi potest terminus ampliatus, ut in exemplis adductis
patet.

Exinde 4a. aliae numerantur termini proprietates ab eo po-
re absolutae, eae sunt, restrictio, alienatio, diminutio, et appellatio. Re-
strictio est coarctatio termini ad pauciora, proprie tamen significata:
quod accidit ratione alicuius adiecti termini, quin eius res agitur in genere:
ut in his: homo albus est animal: vicinus homo est rationale: equus
pater currit, in quibus termini albus, homo, et pater restringunt exten-
sionem significationis talium terminorum, quibus iunguntur, hinc sequitur
non valere argumentationem a termino restricto ad non restrictum: ut om-
nis homo albus currit: ergo omnis homo currit; secus a termino non
restricto valet ad restrictum, ut in propositione argumentatio valeat
dignosc. ita: omnis homo currit: ergo omnis homo albus currit valet,
inquam, si homines albos existere supponatur. Rursus eadem existentia
supposita valet a termino restricto negato ad terminum non restrictum negan-
dum: ut, non omnis homo albus currit: ergo non omnis homo currit: con-
tra tamen a termino non restricto negato non valet ad restrictum termi-
num negandum hoc pacto: non omnis homo currit: ergo non omnis homo
albus currit.

Diminutio est coarctatio termini significantis aliquid
absolute ad illud secundum quod significandum: ut in hac prop., Aethiops est
albus secundum dentes, ubi hic secundum dentes diminuit significationem
absolutam termini albus: notabis etiam hinc, neque valere a termino dimi-
nuto ad non diminutum, neque a non diminuto ad diminutum valorem, ut
non valet: homo est albus secundum dentes: ergo est albus: neque e contra
valet: homo est albus: ergo est albus secundum dentes.

Alienatio

est translatio termini a propria significatione ad impropriam: ut in his, leo pictus, homo marmoreus: ubi li pictus, et marmoreus transferunt terminos leo, et homo ad impropriam significationem: ubi similiter scias non valere a termino alienato ad non alienatum, neq. e contra, neq. per affirmationem, neq. per negationem: ut non valet, leo pictus est in aula: ergo leo est in aula: neq. item, leo rugit: ergo leo pictus rugit: neq. e contra, leo pictus non rugit: ergo leo non rugit.

Appellatio est applicatio significationis formalis unius termini ad significatum alterius: ut Petrus strenuus dux, C. est magnus orator: in quibus termini strenuus, et magnus applicant suas significationes terminis dux, et orator; proinde dicitur, quod appellant supra illos. Datur appellatio materialis, formalis, et mixta: pro quo advertere, dari in concretis subiectum, quod dicitur materiale concreti, et dari formam, quae dicitur formale concreti: igitur ubi terminus applicatur concreto, et conveniat terminus applicatus concreto ratione subiecti, dicitur appellatio materialis: ut in hac, ille albus est dulcis: quando vero conveniat terminus applicatus concreto ratione formae, dicitur appellatio formalis, ut in hac, albus est disgregativus visus, convenit enim concreto albus esse disgregativum visus ratione albedinis, quae est forma concreti. item est Ar.es fuit magnus Philosophus: ubi datur appellatio formalis quia terminus magnus supra Philosophiam cadit, quae magna fuit, et in qua magnus extitit Ar.es; quando terminus applicatus convenit concreto ratione subiecti, et ratione formae simul, dicitur appellatio mixta: ut in hac, ille albus est coloratus, nam terminus coloratus competit huic albus ratione subiecti colorem habentis, et ratione formae habitae. Ut autem perfectius dignoscere liceat supra quae terminus appellet terminus applicatus, quaeque appellatio materialis, quae formalis appellet, adiri valet consultatum [illegible] lib. 8 logicae c. 42; sed imprimis melioris [illegible] praeceptoris, nunquam assidua exercitatione abinde consulendo [illegible] terminus et terminus [illegible] 2.ae [illegible], quaestionum iudicio inserviunt, sicut de jure vocati. Disputatio 3.a de essentia [illegible] in communi. q. 1.a

Tradita breuiter noticia Nominis, verbi, et orationis, propositio definitur, diuiditurque

Tractatus 2.us

de uocibus quatenus iudicio inseruiunt, siue de Propositione uocali

Disputatio 1.a

De essencia Propositionis uocalis, in communi.

Quaestio 1.a

Tradita breuiter noticia Nominis, verbi, et orationis. Propositio diffinitur, Diuiditurque

Quemadmodum sacrum est Aristotelis praecedentia vestigia premere, quod ad iura pure Philosophica ritu Catholico liceat, ita veneratissimi de Philosophia Patroni nobilis Aristotelis quasi probare quos pro nomine, verbo, oratione, et propositione Aristoteles definitiones facere cogimur, eos substinendos, reliquis quae praeponendos iudicamus. definiuit ergo Aristoteles nomen logicus, 1.o periermeneias c. 2.o hunc

in modus: nomen est vox significativa ad placitum sine tempore cuius nulla illa pars separata significat: quae definitio rite explicata legitima est: dicitur 1º vox significativa ad placitum, ut excludantur a ratione nominis logici tam mentales, et voces non significativae, et voces naturaliter significativae, ut prolationes: quia per nomina logica loquimur de rebus, et cognoscimus quid sit res: per nos autem mentales, et per voces non significativas, aut per voces ut significativas sunt naturaliter prolationis, non loquimur de rebus, nec cognoscimus quid sit res; ergo non sunt nomina logica: proinde etiam nomina infinita, ut non homo, non leo, non proprie, et rigorose, sed improprie, et late sunt nomina quia per istas voces possumus scire quod non sit res, quae quid sit

2º dr

dicitur sine tempore; ut denotetur, nomen non significare cum tempore; pro quo nota, aliud esse significare tempus, aliud connotare tempus, et aliud significare cum tempore: connotare tempus est significare res, quae sunt cum tempore, ut cena, prandium, missa et c., et hoc non est contra rationem nominis logici; sicut nec contra illam est significare tempus, ut in his nominibus dies, mensis, annus, saeculum: quod tamen est contra rationem nominis est significare cum tempore, idest significare determinate tempus, scilicet praesens, vel praeteritum, vel futurum, in quo aliquid agimus aut patimur, ut ibidem explicant et tres omnia partes apud con[illegible]: 3º demum dicitur, cuius nulla pars separata significat; idest cuius nulla pars ibi logice significet separatim ab alia [illegible]; si simplex dictio est sic, quia si composita sit, non quidem significant partes componentes seorsum separatae ac coniunctae, ut patet in hoc magister domus.

Verbum ibidem sic abstracte definitur: est vox significativa ad placitum cum tempore, cuius nulla pars separata significat, et est nota eorum, quae de altero dicuntur: omnes fere definitionis huius particulae innotescunt ex praecedente explicatione; per ultimas autem voces designatur verbum logicum debere esse nexum praedicati cum subiecto, sive sit

nificari quid de quo in propositione praedicaretur, non omittes quod nullus verbi connotationem est aliqua tempora praeter praesens indicativi necessario propter verba logica, idest quod idem est, solum verbum in praesenti indicativo apud logicos, et ratio est, quia semper requiritur aliquod tempus praesens, ut propositio vera vel falsa sit: nam ut vera sit haec propositio, Adamus loquutus fuit, requiritur, quod in aliquo instanti verum fuerit dicere Adamus loquitur: similiter in hac, antichristus seducet multos, requiritur ut sit vera aliquod instans praesens in quo vere dicatur antichristus seducit multos.

Oratio, inde, ibidemque, definitur a Philosophorum principe: est complexa vox significativa ad placitum, cuius partes separatim acceptae aliquid significant: ut si veneris, o Deus immortalis! unde terminus complexus potest esse oratio, et non omnis oratio terminus complexus: dividitur oratio in perfectam, et imperfectam: haec est quae non generat perfectum sensum in audiente: ut si studeres Philosophiae; perfecta est, quae perfectum sensum generat in audiente, ut, diligo [illegible] Philosophiam, utinam adventares. perfecta oratio subdividitur in enuntiativam, et non enuntiativam: haec est quae nihil affirmat de alio, ut da mihi librum, redi cito: enuntiativa est, quae affirmat, vel negat aliquid de aliquo; ut petrus est animal, equus rationalis.

Enuntiationis [illegible] debet definitio poni, quam ita exhibe: est oratio enuntiativa alicuius de aliquo: ut homo est rationalis, leo non est equus: esse enuntiativum proprium est affirmare, vel negare aliquid de aliquo, ut explicat Philosophus, per quod differt ab omnibus eo, quod proponens, et cum aliis per esse orationem conveniat. ecce propositionis definitionem plane traditam, quam in multis te paginis onerem, et [illegible] sunt aliqui, qui media luce caligant, et ibi trepidant, ubi non erat timor.

Dividitur ergo propositio in simplicem, et compositam, in categoricam, simplicem, et hypotheticam: propositio simplex est, quae una

tantum copula verbali constat: ut homo est animal, petrus currit: propositio composita est, quae constat pluribus propositionibus simplicibus, copula verbali unitis: ut petrus currit, et Joannes loquitur. propositio categorica est illa, quae resolutive, et independenter a conditione enunciat aliquid de aliquo: ut homo est animal: unde categorica propositio potest esse et simplex, et composita. propositio hipotetica est, ut exprimo [illegible] deducitur, quae enunciat aliquid de aliquo dependenter ab aliqua conditione: ut si petrus currit movetur: si [illegible] dormit, Joannes legit etc.: de quibus iterum redibit sermo; sicut et de propositionibus modali, copulativa, disiunctiva, exceptiva, exclusiva, et reduplicativa unde illarum expositione, et oppositione agemus. Quaestio 1.a materia, forma, quantitas, et qualitas propositionis exponitur.

Quaestio 1.a

materia, forma, quantitas, et qualitas propositionis exponitur

omissis vocibus subobscuris, quibus aliqui communiter materiam propositionis explicant. Dico, materia propositionis est convenientia, vel inconvenientia inter praedicatum, et subiectum obiectivum: patet definitio quia materia propositionis est ipsa res de qua loquitur propositio; sed de subiecto, et praedicato obiectivis ut inter convenientibus loquitur propositio: ergo convenientia est materia propositionis. insuper constat ex communi materiae acceptione, per quam intelligitur res illa singularis [illegible] ad propositionem ipsa, sicut ipsius forma [illegible] sola convenientia, praedicati, et subiecti obiectivi: ergo. hinc [illegible], [illegible] formas propositionis esse ipsius dispositionem, [illegible] ipsius propositionis ideo nuncupata [illegible] dicuntur compositae.

Triplex hic distinguitur propositionis materia, necessaria nempe impossibilis, et contingens. materia necessaria sicut in illis datur propositionibus, quando ita convenit praedicatum subiecto, ut se parari ab illo non possit: ut equus animal, homo est rationalis: impossibilis sicut [illegible] materia datur propositione quando praedicatum repugnat subiecto, ita ut nequeant simul compati: ut [illegible]

propositionis, atque est haec: homo est rationalis: contingens materia datur quan-
do praedicatum potest convenire subiecto, et potest abesse a subiecto; ut
homo currit, petrus est albus.

Ancipites se torquent hic aliqui circa illum
casum, ut statuant an idem sit propositionem esse veram, ac esse in materia neces-
saria, et esse propositionem impossibilem, ac esse in materia impossibili? Plures recentiores pa-
trono Fonseca tenentur non esse idem propositionem esse veram, et impossibilem, ac esse in
materia necessaria, et impossibili: ut haec homo non est leo, inquiunt, est ne-
cessaria, quia necessario vera; tamen non est in materia necessaria sed impossibili,
quia praedicatum leo repugnat subiecto homo. Ducuntur forte ea inductio-
ne, quod est in ea propositione praedicatum sit propositum tantum leo, et subiectum tantum ho-
mo: sed leo, et homo sibi obiective non conveniunt, sed invicem repu-
gnant: ergo ea propositio est in materia remota, et impossibili. Ego autem in re
nihili, et in quaestione de nomine adhaereo affirmantibus idem esse propositionem ne-
cessariam, ac esse in materia necessaria; similiter de impossibili. Ratio vero quae
mihi aperta est: quia in illa propositione homo non est leo non est praedicatum obie-
ctivum leo nude sumptum, sive abstractum abstractione, sed negatum alte-
rius praedicati e materiali, nec propositio male construitur, cum verbo autem
de aliquo: sed leo negatum per particulam est praedicatum illius propositionis obiecti-
vum; modo sic: leo negatum obiective non repugnat homini, sed con-
venit necessario homini, sicut subiecto obiectivo: ergo ea propositio in materia
necessaria est, cum necessario conveniat praedicatum obiectivum subiecto obiectivo.
Confirmatur: quia materia propositionis petitur penes convenientiam obie-
ctivam praedicati cum subiecto obiectivo: veritas item petitur penes eandem
convenientiam obiectivam praedicati cum subiecto obiectivo, ut apprehenditur
a mente: ergo implicat esse propositionem necessario veram, et esse in materia impossibi-
li, cum ex eodem principio sumatur propositio et veritas, et materia. Hinc respon-
debis ad rationem pro adversariis adductam praedicatum illius propositionis obie-
ctivum esse leonem negatum per particulam, sive non leonem; leo autem nega-
tus, sive non leo convenit necessario homini, et ideo est propositio in ma-
teria necessaria, et quae ita habetur obiective leo negatus, sive non leo est

speciem hominis, qui subiectum obiectivum, ut enunciatur propositione, idest
vera propositio, et negativa.

Quantitas propositionis est mensura, qua subiectum propositionis pro pluribus, vel paucioribus significatis supponitur, propriaque se habet ex parte subiecti quantitas, ut ad quot se extendat, ad quot ue referatur significata nominis communis: ut in hac propositione omnis homo est aliquod animal, datur quantitas universalis quia subiectum supponitur universaliter licet praedicatum particulariter sit: quadruplex numeratur quantitas propositionis. 1a universalis, quando subiectum signo universali afficitur: ut omnis equus currit: 2a particularis, quando terminus communis afficitur signo particulari, ut aliquis homo est animal: 3a singularis, quando vel subiectum est terminus singularis: ut petrus legit: vel quando terminus communis afficitur signo singulari ut hic homo loquitur: 4a demum indefinita, quando subiectum commune nullo signo afficitur: ut equus est animal: ubi nota, quod semper propositio debet habere quantitatem recti, etsi obliquus terminus etiam signo afficiatur: ut in his propositionibus; omnis equus alicuius hominis currit: omnis servus huius domini est albus: quae quantitate universali gaudent.

Monetur autem 1o propositionem indefinitam sive qualitatis indefinitae, si sit in materia contingenti aequivalere particulari: ut haec homo est albus, aequivalet huic aliquis homo est albus. Monetur 2o propositionem indefinitam in materia naturali aequivalere universali: ut haec, homo est animal, aequivalet huic omnis homo est animal haec autem monitio, nisi tribus exceptionibus coarctetur, cavenda tibi, et non [illegible] est. excipe 1o quando terminus indefinitus supponitur sumpte collective: ut equus requiritur ad equitandum, quae propositio minime huic aequivalet, omnis equus requiritur ad equitandum: quia terminus equus in 1a propositione supponitur collective. 2o excipe: quando terminus indefinitus supponitur sumpte simpliciter: ut haec propositio animal est genus non aequivalet huic omne animal est genus quia terminus animal supponitur in 1a propositione simpliciter. excipe 3o quando propositio indirecta ubi quando praedicatur terminus inferior de superiori, ut con-

distinguit in hac propositione animal est homo quae dicit non convertitur: omne animal est homo. unde colliges, verum tenere regulas ipsius pro parte cum subiectum indefinitum distributivum, seu copulativum supponitur, ita ut de cuilibet inferiori eiusdem subiecti communis indefinito competat praedicatum necessario, et ex omnibus inferioribus sufficienter per propositiones singulares enumeratis fiet ascensus ad propositionem universalem: ut in hac, homo est animal hoc pacto, petrus est animal paulus est animal etc. ergo omnis homo est animal. ~~qualitas propositionis~~

Qualitas propositionis est modus quo propositio se habet ergo alius huiusmodi, vel sit nobis. Itaque est duplex, alius est affirmationis, et negationis; alius veritatis, et falsitatis: propositio habet qualitatem affirmationis cum in propositione principalis copula manet affirmata: ut petrus est homo: homo qui est albus est animal: modus negationis habetur, quando copula principalis negatur: ut petrus non currit, homo qui est animal non est albus: ubi non immediate copulae, sed toti propositioni praefigitur negatio, ex sic consequentia advertendum est, nam particula non negantur, nam infinitantur, utique petrus: ut non petrus legit. quia particula non, si negantur, afficiatur, reddit propositionem negativam; si autem infinitur, affirmativa eadem propositio. modus veritatis habetur in propositione, quando in sua enuntiatione conformatur propositio cum obiecto, ut est in se, sive sit affirmativa, sive negativa, ut reperitur in his propositionibus: equus est animal, leo non est rationalis. modus autem, sive qualitas falsitatis habetur propositio, quando in sua enuntiatione non conformatur cum obiecto ut est in re: ut homo est insensibilis, equus non est animal. quaestio 3a. de materia aliquarum propositionum specialiter inquiritur c. 1us propositionum in diversitatem materia necessaria et naturalis est.

Quaestio 3a

de materia propositionum aliquarum specialiter inquiritur

Caput 1us propositionum in diversitatem materia necessaria, et naturalis est.

Si titulo praefixa conclusio sit, germanus sensus exprimatur, ponendus videtur prius: quod ut pateat, scias, propositionem in materia naturali esse, in qua ratio inferioris, sive minus patet, praedicatum de ratione superioris

sione magis patenti, et inferiorem omnem rationem complectenti; id est, sive dicatur propositionibus animal est homo, homo est petrus: de quibus specialiter quaeritur an quae ratione in qua materia sint an in naturali, vel in impossibili, vel in contingenti? ipsa quaestio sic procedit intelligenda, quo copula est denotet solum identitatem, quia non conceptus animalis sit positive conceptus hominis; in quo sensu apparet falsa esse propositio, et in materia impossibili: nec in eo sensu accipienda est copula, ut denotet actualem identitatem realem inter animal, et hominem, hic nunc denotet existentiam actualem animalis identificati cum homine, et quemadmodum huic propositioni animal existit homo: quam denominationem copulae vocant aliqui tertii [illegible] in quo sensu liquet etiam esse propositionem in materia contingenti; cum componibile et separabile sit praedicatum a subiecto, manente eodem subiecto, quod quidem ratione quibus relinquitur. solum est in eo sensu accipienda copula, in quo denotet identitatem, et connexionem praedicati cum subiecto absolute a tempore, sive, ut aiunt, abstrahendo a tempore copula tertii copulae denotantis identitatem metaphysicam independenter ab existentia.

In quo sensu nostra sententia prosequitur 1o. in hac propositione animal est homo, subiectum dicit necessariam convenientiam, et connexionem identitatis cum praedicato, et praedicatum cum subiecto; sed ea propositio in qua dicunt eam convenientiam mutuam praedicatum et subiectum, est necessaria, et naturalis: ergo illa propositio necessaria, et naturalis est. maior probatur: in illa propositione subiectum est ratio superior metaphysica, et praedicatum est ratio inferior metaphysica: sed ratio superior metaphysica dicit necessariam convenientiam, et connexionem identitatis cum inferioribus; et inferior cum superiore: ergo subiectum illius propositionis dicit necessariam convenientiam, et connexionem identitatis cum praedicato, et praedicatum cum subiecto. maior est certa, et continet sensum quaestionis et propositionis naturam: minor non minus patet. quia ratio superior est realiter identificata cum inferioribus: et inferiores rationes identificantur realiter cum superiori: ergo dicunt mutuam convenientiam identitatis praedicatum, et subiectum: ergo propositio eam convenientiam identitatis enuntians, qualis est haec animal est homo, est in materia naturali. confirmatur: ratio superior ut animal est totum metaphysicum; sed totum metaphysicum identificatur realiter cum suis partibus: ergo ratio superior ut animal identificatur realiter cum suis partibus inferioribus: ergo identificatur realiter cum homine, qui

est pars inferior respectu animalis maior est certa, minor certissima quia totum metaphysicum nihil aliud est realiter quam ipsius partes.

Probatur 2.a conclusio. si praedicarentur de ratione superiori omnes rationes inferiores, illa deberet propositio naturalis, et necessaria, ut cum animal est equus, leo, homo, aquila, etc., quia a parte rei animal nihil aliud est quam species, a quibus contrahitur; quod si praedicetur de ratione superiori aliqua ratio inferior, ut animal est homo, eadem etiam propositio necessaria: patet consequentia quia si aliqua ratio inferior praedicaretur contingenter, seu impossibiliter de superiori, quando omnes rationes inferiores praedicantur de ratione superiori, non evaderet propositio necessaria, cum propositio necessaria petat, quod ratio omnium partium necessaria sit; et necessaria non esset si ratio alicuius partis contingens, aut impossibilis foret, ut patet.

Probatur 3.a idco haec propositio homo est animal est in materia necessaria, et naturali, quia homo essentialiter animal; sed etiam animal petit essentialiter hominem: ergo haec animal est homo, est etiam in materia naturali; maior ab adversariis admittitur: probatur minor, animal est totum metaphysicum, et homo est pars huius totius: sed totum metaphysicum essentialiter petit suas partes: ergo totum metaphysicum, nempe animal petit essentialiter hominem. Confirmatur: illa propositio est in materia naturali, cuius praedicatum si separatur a subiecto, non manebit idem subiectum; in eo enim distinguitur a propositione contingenti, et impossibili; sed si praedicatum homo separatur a subiecto animal, non manebit idem subiectum: ergo ea propositio est in materia naturali. minor probatur: quia si praedicatum homo separatur a subiecto animal, animal non remanet eadem ratio superior, cum non complectatur sub se rationem aliquam inferiorem, videlicet hominem, quam modo complectitur, et exigit; sed ratio superior est scilicet illius propositionis subiectum: ergo non manet idem subiectum. Caput 2.um obiecta continet.

Caput 2.um

Obiecta continet

Ex regulis pro quantitate indefinita superius datis, et exceptionibus, quibus tertia est illa, quae docet, propositionem indefinitam in materia naturali aequivalere universali, opposita credentibus est obiectio prima.

concedit, quod hec propositio animal est homo. deberet huic equivalere: omne animal est homo, que est falsa, et impossibilis; unde ista nequit esse in materia naturali: exemplum in quo est, quod regula illa preter duas alias exceptiones ibi appositas intelligenda est de propositionibus directis, et aliis, in quibus subiectum distributive accipiatur, ita quod cuilibet contento sub subiecto applicetur pars dicens: quod in propositionibus indirectis nequit accidere, ut patet in omnis quidquid sub animali continetur est homo: ubi nota, non posse hoc argumento eos, qui aiunt, propositiones has esse in materia contingenti quia iuxta alias etiam regulas propositio indefinita, et propositio in [illegible] in materia contingenti equivalet particulari: unde hec propositio animal est homo que in propositionibus [illegible] est in materia contingenti, equivaleret huic: aliquod animal est homo; sed hec, cui equivalet, est necessaria, et naturalis; ergo et illa: quod patet quia eius contradictoria, nempe nullum animal est homo, est impossibilis, et contraria: ergo hec aliquod animal est homo, est necessaria et naturalis.

Nota subinde, neque posse his ab equivalentia argumentis uti eos, qui dicunt esse in materia impossibili predictas propositiones quia si esset in materia impossibili, quia equivaleret huic, omne animal est homo [illegible] consequentia quia non equivaleret huic universali, nec equivalere [illegible] ratio est quia in hac propositione animal est homo, subiectum propositionis est terminus superior respectu predicati, in hac autem, omne animal est homo, nequit esse subiectum propositionis terminus superior respectu predicati, quia in hac propositione predicatur identitas inter omne animal, et hominem; ergo non latius patere terminum animalis, quam terminum hominis, siquidem data identitate inter omne animal, et hominem, ubicumque daretur animal, daretur homo, unde animal nequiret latius patere nec esse terminus superior respectu hominis.

Nobis autem dicendum est, predictas propositiones animal est homo, et similes equivalere propositioni particulari isti aliquod animal est homo: ratio a priori est: quia in propositionibus indirectis predicatum verificatur de subiecto superiori ratione alicuius inferioris contenti sub ipso [illegible] ratione

singularium inferiorum quae continet: ut quando praedicatum convenit subiecto ratione alicuius inferioris, et non ratione omnium, tunc propositio aequivalet particulari disiunctivae, nam per talem propositionem particularem disiunctivam denotatur convenire ad illud inferius ratione cuius convenit subiecto sine expressione praedicatum ergo etc.

Obiicies contra 1°. In illa propositione *animal est homo*, quae in materia necessaria subiectum connectitur cum praedicato, datur tamen a subiecto ad praedicatum illatio legitima. ut *est animal*: ergo *est homo*: sed non datur, ergo. Confirmatur: animal quatenus bene se habet cum homine, ut similiter ergo non connectitur cum homine: probatur antecedens: quia si nullus daretur homo, adhuc daretur animal integrum, in qua ratione ab animalibus salvatur. Respondeo in propositionibus indefinitis non valet a subiecto ad inferendum praedicatum, etiamsi sit propositio necessaria, quia subiectum non distribuitur, sed determinatur disiunctive: quod patet in hac propositione manifeste necessaria praedicationis indefinitae, aliquod *animal est homo*, in qua non valet a subiecto ad praedicatum: ut est aliquod *animal*: ergo *est homo*: quia subiectum commune afficitur signo particulari disiunctivo, et vago, unde non infert praedicatum.

Respondeo quod concedendo maioris partem, nempe quod subiectum illius propositionis connectatur cum praedicato, si identificantur inter se realiter: et negando 2am maioris partem, scilicet disiunctive datur illatio legitima a subiecto verificativo propositionis ad praedicatum, concedo; a subiecto enuntiationis disiunctivae ad praedicatum, nego: explico: in hac propositione *animal est homo*, subiectum animal significat plura animalia sub disiunctione, determinat tamen unum animal determinatum, quod aptatur identificatur et connectitur cum praedicato *homo* ut cuius verificatur propositio: et hoc determinatum animal vocatur subiectum verificativum propositionis indefinitae; reliqua autem animalia disiunctive a voce *animal* allata vocatur subiectum enuntiationis disiunctivum, et vagum, a quo non valet ad praedicatum quia subiectum non significat inferius, ut est tale, et determinate sed illud significat indeterminate et vage: si tamen placet distingue hoc pacto eandem maiorem quoad 2am partem: datur illatio legitima a subiecto ad praedicatum in propositione necessaria

quando

subiectum est capax suppositionis distributivae. Concedo: quando est incapax talis suppositionis, nego: subiectum autem huius propositionis *animal est homo* non est capax distributivae suppositionis, ut supra diximus saepe est: quod etiam videre est in hac propositione necessaria: *oculus requiritur ad videndum*, ubi non valet consequentia ad praemissum, videlicet: est oculus: ergo requiritur ad videndum, quia subiectum oculus non distributivam, sed confusam suppositionem.

Ad confirmationem distinguo antecedens: animal quod sit ratio superior respectu hominis, et quod bene se habet cum homine, ac sine homine, nego antecedens: animal, quod non sit ratio superior respectu hominis, omitto: de hoc enim non agimus in praedicta propositione: similiter antecedens praedicto distinguenda est. etenim animal, quod est ratio superior respectu hominis, petit extra conceptum hominis, non petit inferius metaphysicum cum quo realiter identificatur, et ratione superioritatis, et communis petit huic et illi, et illi inferiori identificari: haec enim est esse animal rationem superiorem respectu hominis nempe petere hominem, et identitatem cum illo, et petere identitatem cum alio distincto ab homine, quia latius patet, quam homo.

Dices, in hac propositione, *animal est homo*, subiectum non est ratio superior respectu hominis: ergo falsa est responsio praedicta: antecedens probatur, quia propositio illa propositio aequivalet huic, *aliquod animal est homo*: sed aliquod animal non est ratio superior respectu hominis, cum sit adaequate idem cum illo: ergo responsio negando antecedens: ad probationem concedo maiorem, et distinguo minorem: aliquod animal ut significatur his vocibus aliquod animal, non est ratio superior respectu hominis, concedo minorem: ut significatur unica hac voce *animal*, nego minorem et ratio est, quia vox *animal* exacte virtute comprehendit hominem, reliquaque animalia, nam est indefinita, et omnia inferiora significat, tamen vox *aliquod animal* est iam determinata per signum particulare ad unum animal sub disiunctione significandum: quod patet in his propositionibus *homo currit* et *aliquis homo currit*.

Obiicies 2.° haec propositio *animal est homo* non est

absoluta, denotansque existentiam: ergo sumi debet in sensu conditionato contra ans, et loca. urges: sed propositio conditionalis, per quam explicatur dicta propositio, non est necessaria: ergo nec propositio animal est homo: probatur ans; explicatur per hanc: si existeret aliquod animal, esset homo: sed haec non est necessaria, cum non valeat, praeexistente conditione ab existentia alicuius animalis ad existentiam hominis: ergo etc. respondetur negando subsumptum minorem, et probationem illius: non enim explicatur nostra propositio per illam: quia haec, si existeret aliquod animal esset homo, solum exigit pro conditione ut existat homo, existentiam cuiuslibet animalis, quodcumque sit; unde illa quae aequivalet nostrae propositioni: aequivalet autem, et explicatur per hanc: aliquod animal si existeret esset homo: quae exigit ut existat homo existentiam illius animalis, cum quo connectitur, et identificatur realiter homo, ita quod est subiectum verificativum illius propositionis animal est homo: quod etiam in hoc syllogismo conspicies: si existat illud animal, quod est subiectum verificativum huius propositionis animal est homo, existet homo; sed existit illud animal, quod est subiectum verificativum huius propositionis animal est homo: ergo existit homo etc. Reliqua, quae transcendentem argumenta facile dissolves. Capite 3.º examinatur materia propositionis de subiecto accidentaliter, seu impossibiliter complexo

Caput 3.um

Examinatur materia propositionis de subiecto accidentaliter seu impossibiliter complexo

Propositio de subiecto accidentaliter complexo dicitur ea in qua subiectum principale afficitur alio termino connexo ipsi contingenter: ut haec homo albus est animal: pro cuius expositione notandum est primo procedere quaestionem in sensu in quo subiectum explicatur per varias propositiones contingentes, quas involvit subiectum taliter complexum: ut explicando hoc pacto praedictam propositionem: homo existit, et homo est habens albedinem, et habens albedinem est animal: hic sensus vocatur absolutus in quo afficitur copula praedicato in verbo, importando tempus praesens, quod denotat sive existentiam totius complexi: non in quo, accipiendo est sicut in hac sententia propositio, nec in eo sive dubio propositio est in materia contingenti: et subeo vero forte Notandum cum primo ait

praedicetur propositio esse in materia contingenti: respondeo non quia illa propositio abstrahendo ab existentia hominis albi, et in sensu conditionali ita quod aequivalet huic, si existat homo albus est animal, importando copulam tamquam copulam non affirmando albedinem de homine, sed supponendo illam existere hominis, tamquam quid ad praedicatum impertinens. impugnatur secundo contra cum dicitur thema, praedicetur propositio esse in materia necessaria et naturali// probatur assertum 1º. illa propositio est in materia naturali, cuius praedicatum essentialiter convenit subiecto; sed praedicatum huius propositionis homo albus est animal essentialiter convenit subiecto: ergo. Maior ut quis dubitet probatur minor; praedicatum huius propositionis est pars essentialis subiecti; ad [illegible] essentialis subiecti convenit essentialiter subiecto: ergo. minor probatur quia subiectum huius propositionis est quoddam totum, nempe homo albus, sed huius totius est pars essentialis animal, cum sit pars methaphysica essentiae hominis: ergo est pars essentialis subiecti: ergo competit illi necessario: ergo propositio est necessaria. confirmatur: subiectum huius propositionis homo albus est animal, valet infallibiliter ad praedicatum: ergo subiectum petit essentialiter praedicatum et praedicatum competit essentialiter subiecto: ergo propositio denotans hanc exigentiam, et convenientiam praedicati ad subiectum est necessaria. antecedens patet: quia bene valet est homo albus: ergo est animal, quia homo albus includit essentialiter animal tamquam suam essentialem partem.

Probatur assertum 2º. haec propositio homo est animal est in materia naturali: ergo et haec homo albus est animal. probo consequentiam: haec 2ª propositio solum addit accidens homini superveniens; sed accidens superveniens non tollit cognitionem necessariam inter hominem et animal: ergo remanet naturalis, et necessaria propositio. maior est certa, minor constat natura accidentis extrinseci ad essentiam: modo sic: sed 1ª propositio est in materia naturali propter connexionem necessariam hominis cum animali: ergo et 2ª cum remaneat eadem connexio. confirmatur, et explicatur eadem ratio: quod homo sit albus, non tollit quod sit homo, albedo enim non est forma destructiva hominis: sed homo necessario est animal: ergo homo albus necessario est animal: ergo propositio est affirmans necessaria, naturalis, et aeternae veritatis est.

Ut hae propositiones sunt quae de subiecto impossibiliter complexo dicuntur, v.g. ~~homo~~ homo equus est vivens, praedicatum irrationalis est animal: de quibus similiter dicendum, esse in materia naturali, et necessaria. ratio est eadem ac praecedentis assertionis, scilicet, quia praedicatum competit essentialiter subiecto, et quia ... formaliter a subiecto ad praedicatum: principium cum non de ratione copulae existentiam, sed connexionem praedicati cum subiecto etiam sub statu sui impossibilitatis nam esse animal est de essentia praedicati, sive rationalis sit, sive irrationalis, et etiam vivens est de conceptu hominis, sive equus, sive leo sit: et ratio est quia quod sit impossibile subiectum, non tollit quod aliquod praedicatum conveniat necessario subiecto sub illo impossibilitatis statu: impossibilia enim suas etiam connexiones ... habent ubi nota, quod si in his propositionibus affirmatur praedicatum contingens aeque existentiam subiecti, ut in hac propositione homo equus est albus, peius irrationalis censetur esse in materia impossibili: ratio est quia tales propositiones affirmant existentiam subiecti, sed existentia subiecti impossibilis, est impossibilis; ergo propositiones sunt in materia impossibili.

Arguitur 1º contra 1am assertionem ex Plato: subiectum illius propositionis homo albus est animal coalescit ex homine, et albedine sibi inhaerente: sed contingens est quod albedo inhaereat homini: ergo contingenter convenit praedicatum animal illi subiecto quia subiectum est ergo est in materia contingenti. Confirmatur: quia ut propositio sit contingens, sufficit quod involvat aliquid contingens: sed praedicta propositio involvit aliquid contingens, siquidem contingens est, quod homo sit albus ergo propositio absolute est contingens. respondetur distinguendo maiorem: subiectum illius propositionis coalescit ex homine, et albedine sibi inhaerenti, affirmata albedine de homine nego: non affirmata, sed conditionaliter allata concedo similiter ad confirmationem distinguo maiorem: ut propositio sit contingens sufficit, quod involvat aliquid contingens affirmatum, vel negatum, concedo: non affirmatum, vel negatum, sed conditionaliter allatum, nego. etenim ut supra monui in praedicta propositione non affirmatur existentia hominis albi, sed identitas inter hominem album et animal, sive existat, sive non existat homo albus, de quo propositio enunciat.

Arguis 2.° hec propositio homo albus est animal infert hanc, aliquod animal est homo albus quae est conversa eius: sed hec est contingens ergo et illa. confirmatur: hec propositio, homo est animal albus est contingens: ergo et hec homo albus est animal. respondetur distinguendo maiorem: hec propositio homo albus est animal infert hanc aliquod animal est homo albus, si servetur eadem suppositio, et conditio in conversione, que dicitur in conversa ut servari debet, concedo; si non servetur, nego: quod si servetur propositio 2.a conversa, negabis 2.am propositionem esse contingentem: ipsius enim hec propositio homo albus est animal equivalet huic conditionali si datur homo albus erit animal. conversa autem necessaria similiter erit, si servet eandem conditionem, ut servat hec aliquod animal erit homo albus si datur homo albus. ad confirmationem concesso antecedenti, nego consequentiam propter eam disparitatem quia in 1.a subiectum non petit necessario praedicatum, in 2.a autem subiectum exigit necessario praedicatum, illudque in se habitualiter infert. pro his, et aliis propositionibus, nota, quod quotiescumque datur relatio subiecti ad praedicatum, supposita existentia reali subiecti, propositio erit naturalis et necessaria; quando autem supposita reali existentia subiecti relatio ad praedicatum non datur, propositio non est in materia naturali sed erit vel in contingenti, vel in remota.

Demum cum hinc negantur propositiones de subiecto impossibiliter complexo esse in materia naturali arguis: in hac propositione homo irrationalis est animal praedicatur animal reale de homine impossibili, cum praedicetur simpliciter sed animal simpliciter est animal reale: ergo propositio est impossibilis et remota, cum nequeat praedicatum verum et reale convenire subiecto chimerico. confirmatur 1.° hec propositio homo pictus est homo est omnino impossibilis: ergo et hec homo irrationalis est animal. 2.° quia hec propositiones, alius Deus est Deus, 4.a persona trinitatis est persona trinitatis sunt impossibiles. non quia sunt [illegible] sed ob aliam rationem, quia praedicatum reale praedicatur de subiecto impossibili ergo et supra dicta propositio.

Respondeo negando ant. n. enim praedicatum cadit simpliciter super animal, sed animal quod impossibiliter affert animal, si simpliciter existeret homo irrationalis; illa enim propositio aequivalet huic conditionali: si existeret possibiliter, vel simpliciter homo irrationalis, esset animal, quae necessaria est. ad 1am confirmationem concesso ante, nego cons.: disparitas patet quod in illa propositione hic homo supponitur ex parte subjecti pro homine impossibili, et ex parte praedicati pro homine possibili, et ideo: quid est mirum, quod praedicatum sit impossibile; in nostra vero propositione homo ex parte subjecti supponitur pro homine impossibili, et ex parte praedicati animal etiam pro animali impossibili supponitur. ad 2am confirmationem similiter concesso ante, nego cons.; quod illis nominibus Deus, et persona supponuntur pro uno Deo, et pro una persona, illae ratione propositiones falsae, impossibiles, et haereticae sunt; etiam tamen verae, necessariae, et catholicae, si supponerentur pro Deo, et persona impossibili, ut ut in dictis conditionalibus explicatur: si daretur alius Deus, esset Deus alius: si daretur quarta persona divinitatis, daretur alia divinitatis persona. disputatio 2a de oppositione, aequipollentia, et conversione propositionis simplicis, et absolutae. quaestio 1a quid sit, et quotuplex propositionis simplicis oppositio? Caput 1um definitur, et dividitur oppositio logica

Disputatio 2a.

de opp. aequivolencia et Conversione Oppis simplicis, et absolutae: quaestio 1a: quid sit, et quotuplex Oppis simplicis oppo? Caput 1m. definitur, et dividitur oppo logica

Ad renebricosos ios oppis logicae calles, ex diversis semitarum circulos nos sisto, non extrico, ut spero, quaelibet cum lux, quae nobis praeferendae convitas, ad alacritatem recta alacriter nos spe, et validitate gressus adducturae. adjice quod, et sane animus, definitionem quae pro oppo logica oppositionis excipite: oppo logica est formalis repugnantia duarum propositionum eisdem extremis constantium secundum affirmationem, et negationem. dicitur formalis repugnantia, quia debent repugnare propositiones negante una idem, quod altera

affirmat, et per eadem ea, quibus alia affirmat: unde hae propositiones non opponuntur logice: Petrus currit, Petrus sedet, nec oppositae enunciationes quae non per eadem ea falsae enunciant. Dicitur insuper, quod propositiones debent eisdem extremis constare eodem nempe subiecto, et praedicato, et diverso signo affectis; unde hae non opponuntur logice, Petrus est homo, Franciscus non est homo: quia non sortiuntur idem subiectum; bene tamen istae, omnis homo est animal, aliquis homo non est animal: quia sortiuntur idem subiectum homo et diverso signo, sive diversa quantitate affectum. Termini extremi debent eandem supponere naturam (excepta suppositione distributiva, quae per indeterminatam, vel singularem mutatur, oppositioni non obstat) unde hae propositiones non sunt oppositae logice, omnia elementa sunt 4or, aliqua elementa non sunt 4or quia 1a propositio habet suppositionem copulatam, determinatam 2a.

Dicitur insuper sumendum affirmationem, et negationem: quia haec est natura oppositionis logicae, ut versetur circa idem obiectum affirmante una propositione, quod altera negat, vel negante una quod altera affirmat: pugnant enim propositiones oppositae logice circa idem obiectum, sicut qualitates oppositae ut calor, et frigus pugnant circa idem subiectum. oppositio nulla propositionum oritur ex illo evidentissimo, naturaeque ipsi insito principio, quod idem est, et non est: impossibile est idem simul esse, et non esse: unde propositiones oppositae eadem cum falsitate, quatenus una enunciat obiectum esse, et alia obiectum non esse.

Quaeritur

Praeterea solet dividi oppositio logica, in contradictoriam nempe, contrariam, subcontrariam, et subalternam: oppositio contradictoria est repugnantia falsi duarum propositionum eisdem extremis constantium in veritate, et falsitate: hoc est, quod taliter una neget quod altera affirmat, quod ex ipsa forma requirant esse simul veras, nec simul falsas; quod idem est, ac oppositionem propositionum ea praecise quia una enunciet praecise id, quod requiritur ad falsificationem alterius. unde non possunt esse simul falsae: ut in his propositionibus omnis homo currit, aliquis homo non currit. oppositio contraria est falsi repugnantia duarum propositionum eisdem extremis constantium in veritate: idest quod una alteri ita opponatur, ut una enunciet plus quam quod requiritur ad falsificationem alterius: ut omnis homo currit, nullus homo currit. oppositio subcontraria

ulatur repugnantia [illegible], duarum propositionum eisdem extremis constantium in qualitate: possunt autem esse simul veræ, ut aliquis homo currit, aliquis homo non currit. Subalternatio propositio dicitur repugnantia duarum propositionum eisdem extremis constantium in quantitate tantum: est, quod una universalis inferat aliam particularem eiusdem qualitatis: propositio inferens dicitur subalternans, ut hæc omnis homo currit propositionem illam: vocatur subalternata, ut hæc aliquis homo currit: cum hæ se habent ut [illegible] cum praecognito differendo, discriminando quod unam opponi [illegible] tradunt, ut spondeo.

Quær[itur] hic: an quadruplex hæc enumerata oppositio rigorosa sit, et logica? et primo de subalternis dicendum cum communi doctorum quidquid [illegible] definitionem fere omnium auctoritatum [illegible] inveniatur eam non opponi logice: quod probatur, quia ex subalternis una infert aliam: ergo una non negat quod enuntiatur per alteram: ergo non opponuntur in enuntiatione siquidem nulla propositio infert sibi oppositam et sui destructivam. 2º subalternata convenit cum subalternante: ergo non opponitur illi; nihil opponitur sibi connexo. 3º quia subalternans affirmat, et negat idem quod subalternata: ergo non opponuntur secundum affirmationem et negationem de eodem subiecto. 4º denique: quia etsi subalternæ habeant diversam quantitatem, non tamen habent oppositam quantitatem; imo potius una quantitas infert aliam; ergo nec in quantitate opponuntur.

Maius dissidium inter nostros modernos versatur, an subcontrariae opponantur rigorose, et logice? in quo dubio statuo [illegible] non opponi logice propositiones subcontrarias. Ratio manifesta ex [illegible] illo nostro principio, scilicet impossibile est idem simul esse et non esse, in quo tota oppositio logica fundatur: quod probo: ex subcontrariis non negat una propositio quod altera affirmat, sed quod [illegible] una non enuntiat oppositum illius, quod enuntiat altera: ergo non opponuntur logice: probo antecedens: subcontrariae possunt esse simul veræ: ergo non negat una quod altera affirmat: antecedens ab omnibus admittitur. probo consequentiam: videtur evidenter, quia si una negaret quod altera affirmat, una

conveniant obiectum esse, et altera conveniant obiectum idem non esse; videlicet quod est vera: ergo idem obiectum simul esse, et non esse.

Explico argumentum in his subcontrariis, aliquis homo currit, aliquis homo non currit, quae simul verae esse possunt uno homine currente, et altero non currente: modo sic: si una propositio negaret quod altera affirmat, idem homo determinatus curreret simul, et non curreret. probo: de uno homine determinato affirmat prima propositio quod currat; sed si negaret secunda propositio cursum de homine determinato, de quo prima affirmat cursum, idem [illegible] determinatus curreret; et non curreret, cum utraque sit vera: ergo vel dicendum non est utramque subcontrariam non posse simul veras, quod non dices, vel dicendum non, idem simul posse currere, et non currere, quod impossibile non dicenti contradictionem implicans non sit vel denique dicendum non subcontrarias non loqui de eodem obiecto determinato, et determinatum, sed unam intendere cum intendo unam non negare quod affirmat altera.

Hinc sequitur subcontrarias non esse de eodem obiecto vel subiecto significationis determinato: unde propositio negans non opponitur affirmanti, cum de diverso subiecto loquantur. praeterea quod non capio quomodo una ratione alteri veritati opponatur: idem non capio, quomodo una propositio, quae non aufert a subiecto praedicatum, quod per alteram propositionem non probatur, opponatur illi; et denique non capio, quae oppositio inter subcontrarias oriatur ex eo, quod simul falsae esse nequeunt, cum plures propositiones infinitae oppositae, quae oppositae logice minime dicuntur, ut hae Deus existit, Petrus non est equus.

Dices contra ex Scoto, et recentioribus; subcontrariae nequeunt esse simul falsae: ergo opponuntur logice. probatur consequentia a paritate: ideo contrariae opponuntur, quia nequeunt esse simul verae: ergo et subcontrariae, quia non possunt esse simul falsae opponuntur logice. Confirmatur subcontrariae loquuntur de eodem obiecto sub divisione: ergo vere opponuntur circa idem obiectum. respondetur concesso antecedente negando consequentiam: ad probationem consequentiae similitudinem, et comparationis disparitas est aperta: contrariae nequeunt esse simul verae quia una

rigat quod altera afirmat in plus negat una quam quod requiritur ad falsificationem alterius; et lex requirit in his simul esse contrariis, requirunt esse simul veras, et consequenter opponuntur logice; subcontrarie tamen, licet non possint esse simul falsae, possunt esse simul verae, unde inferiori non negat unum quod altera afirmat, et consequenter non opponitur logice verius subcontrariae requirunt esse simul falsas, quia contrariae nequeunt esse simul verae, et quia contradictoriae nequeunt esse simul verae, nec simul falsae inveniunt, si subcontrariae possunt esse falsae: ut Contradictoria haec propositio aliquis homo currit, [illegible] erit vera eius contradictoria, nempe nullus homo currit: et falsificata haec subcontraria aliquis homo non currit, verificatur eius contradictoria nempe haec omnis homo currit, quae est contraria alterius universalis verae, unde duae contrariae simul verae esse possent. ex contrariis autem simul veris etiam infertur duas contradictorias simul veras esse ut patet: et haec est causa cur nequeant esse simul falsae subcontrariae non autem ratione oppositionis.

Ad confirmationem ex anti. concesso infertur negando cons.: quia ex eo quod non loquantur subcontrariae de eodem absolute determinato requiritur ut sibi non repugnent: si autem opponerent duo homines, quorum unus diceret equus currit, loquendo de equo h. et alius diceret, equus non currit, loquendo de equo ..., quae propositiones absolute prolatae falsae simul esse non possunt, nec tamen quis dicet opponi logice, et si unusquisque servaret eo distantia.

2.º alii prolixe satis disputant, quaenam maior sit oppositio, contraria nempe, vel contradictoria; hanc difficultatem solvere tentabant, non tamen agitabo: aliqui tamen aiunt, contradictorias esse intensive magis oppositas, quam contrarias; has autem extensive oppositionis plus habere: alii, quoad intensionem aequales dicere oppositiones, sed quod ad extensionem superexcedit contrariarum contradictoriarum. Dico tamen, oppositionem contrariarum propositionum maiorem esse tam intensive, quam extensive oppositione contradictoriarum. Probo antecedens: maiorem repugnantiam habent, quoad veritatem contrariae quam

Contradictoriis: ergo magis opponuntur contrariae, quam contradictoriae. Minor probatur: ut verificentur duae contradictoriae, sufficit unica impositio, ut sufficit unicus homo simul non currens, ut patet in his contradictoriis, omnis homo currit, aliquis homo non currit, quae essent simul verae sibi hominibus currentibus, et uno currente simul, et non currente: sed ut verificentur contrariae requiritur quod plura impossibilia verificentur, ut requiritur omnes homines simul currere, et non currere: ergo magis opponuntur. Et ibi repugnant quoad veritatem contrariae, quam contradictoriae.

Dices:

haec solum probat majorem extensivam oppositionem, non intensivam. Contra est 1°: quia oppositio in veritate propria est intensiva oppositio, ut etiam probatur intensivus oppositio in falsitate, non est oppositio logica: sed magis opponuntur quoad veritatem contrariae, quam contradictoriae: ergo magis opponuntur quoad intensivam oppositionem. Contra 2° ex eo quod opponantur magis in veritate, quia veritas universalis patent contrariae, sequitur, quod contrariae claudant sub se plures singulares contradictorias: ergo includunt oppositionem intensivam singularium contradictionum: ergo claudunt majorem oppositionem intensivam, quam contradictoriae singulae: probatur minor: quia plures singulares contradictoriae coniunctae suo modo faciunt intensiorem oppositionem, quam non faciunt singulae divisim; sed contrariae includunt plures singulares contradictorias: ergo includunt majorem intensivam oppositionem, quam habent singulae contradictoriae. Haec si sensisti non [illegible], [illegible] capies. Caput 2um illustrantur praedictae regulis et exemplis ad agnoscendas oppositiones modalis.


Caput 2um

Illustrantur praedictae regulis, et exemplis ad agnoscendas oppositiones modalis


Imprimis sciendum est, alias esse oppositiones quae

assignantur oppositiones de modo enuntiandi et aliae oppositiones de lege. Oppositiones de modo enuntiandi dicuntur eae quarum oppositio cognoscitur in ipso enuntiandi modo per signa supra, nempe omnis, nullus, aliquis etc.: oppositiones autem de lege, seu ex lege dicuntur illae, quae his signis supra non distinguuntur, et ideo facile adeo non est oppositionem assignare. Igitur pro oppositione de modo enuntiandi noto 1° signum omnis contradicere cum signo aliquis non; contrariari cum signo nullus, et subalternari cum signo aliquis: et contra signum nullus proportionaliter se habet: signa aliquis et aliquis non subcontrariantur.

Nota 2° pro contradictoriis, quod ad efformandam contradictoriam facile id praestari, si affirmativae propositioni particulam non praefigas, ut communiter fit, et propositio quaevis negativa melius contradicitur quam per oppositam negativam propositionem. Noto 3° unam contradictoriam non debere enuntiare plus quam quod requiritur ad alterius falsificationem: quod si praestant contrariae, falsae simul esse possunt: ut patet in his: omnis homo currit: nemo non currit. Non enim requiritur quod nemo non currat ad falsificationem universalis, sed aliquis homo non currat, sive Petrus, sive Paulus sit; unde illae erunt contrariae, quidquid contrarium sit alteri contrariae. Noto 4° quod quando in propositionibus de modo enuntiandi oppositis una est affirmativa et alia negativa, et utraque universalis, erunt contrariae; si una sit affirmativa universalis, et altera particularis negativa, erunt contradictoriae; si utraque sit particularis, una tamen affirmativa, negativa altera, erunt subcontrariae; si una sit affirmativa universalis, et altera affirmativa particularis; vel una negativa universalis, et altera negativa particularis, erunt subalternae, quae omnia ad oculum infra tibi tabula demonstrabit.


Omnis homo currit
Opposit. de modo enunciandi.
Nullus homo currit
Aliquis homo currit
Subcontrarie

// Pro oppositione de lege quarum oppositarum signis supra non distinguitur
nota, quod si velis contradictorias assignare, ut huic, propositioni petrus currit
negato prius eo, quod requiritur ad illius falsificationem, praeponendo
do huic, petrus non currit: quod si neges plusquam quod requiritur
ad falsificationem talis propositionis, negando videlicet praedicatum et subiectum, contra
rias illius efformabis dicens petrus non potest currere: si inferas ex propositionibus
quae subiectis contrariis consonantur, illarum oppositas erunt inter se subcon
trariae, et inferiores, et illatae erunt subalternae: sine contrariae, aequipollentiae
seu de lege assignandae inveniendae quae aliquam tertiam propositionem exprimunt, aequi
pollentes dulces appellantur: cuius imaginem hanc pro oculis subii
ciemus



Caput 3.um

Singularis quarundam propositionum oppositarum specialiter quaeritur, ubi de oppositione numeri pluralis:

Quaeritur 1.o quomodo assignabitur contradictoria propositionis de subiecto supposito confusa constanti, ut huius: equum requiritur ad equitandum. Respondeo contradictoriam huius propositionis sumendo eandem propositionem confusione inopposita: ut equum non requiritur ad equitandum: quia prima affirmat aliquem equum indeterminate, et confuse, requiri; 2.a negat aliquem indeterminate, et confuse requiri ad equitandum. Unde negat praecise quod ad requiritur ad 1.ae falsificationem, requiruntur quae esse simul vera, nec simul falsae, ut pro contradictoriis diximus; haec autem non erit contradictoria scilicet: nullus equus requiritur ad equitandum; mutatur enim hic suppositio confusa in distributivam, et evadit utraque vera, cum verum sit, nullum equum determinate requiri, sed aliquem tamen confuso. Super addatur signum universale ita quod fiant propositiones diversimode enunciandi habebunt eandem oppositionem, ac si aliquae propositiones diversimode enunciandi, nam ideo habitur suppositio distributiva, ut omnis equus requiritur ad equitandum huius contradictoria, aliquis equus non requiritur ad equitandum: haec 2.a est vera, nam habet suppositionem determinatam; 1.a tamen universalis est falsa, quia gaudet suppositione distributiva.

De aliis supponens similiter dicendum, sicuti debeat, et ideo hae non sunt oppositae, homo est species, homo non est species. Si una simpliciter, altera personaliter accipiatur: obeundem rationem, ubi intercedunt aliquae materiae proprietates, non datur oppositio, ut inter has: caecus videt, caecus non videt. Quia datur distinctio ad tempus praeteritum in una, unde possunt esse simul verae. Item haec non sunt oppositae sed simul verae, Petrus currit, Petrus sedens non currit, quia in hac datur restrictio: rursus neque, omnis equus currit, aliquis equus pictus non currit propter alienationem neg

ista Clemens Romanus est Pontifex, Clemens, et Romanus non est Pontifex propter diversas appellationes: nam in 1a. vel Romanus appellat supposita mentes, in 2a. supra Pontifices, unde possunt esse, et sunt simul verae.

Quaeres 2o. quas opes habeant hae propositiones: omnis equus cuiuslibet hominis est albus, aliquis equus cuiuslibet hominis non est albus? respondetur esse contrarias, quia non negat 2a. quidquid praecise requiritur ad falsitatem earum, unde possunt esse simul falsae, si Petrus nullum equum album habeat sed omnes nigros, et Paulus omnes albos, et nullum nigrum habeat. Contradictoria igitur est haec: aliquis equus alicuius hominis non est albus. propter eandem rationem hae sunt contrariae: Petrus ubique currit, Petrus ubique non currit, quia particula ubique manet in utraque affirmata, et universalis; contradictoria tamen est, Petrus alicubi non currit. similiter et propter eandem rationem hae sunt contrariae, omnis homo semper loquitur, aliquis homo semper non loquitur: quia semper non aequivalet nunquam sicut alicubi non aequivalet nullibi: et cum utrumque signum in utraque propositione sit universale, negatur in una, plus quam quod requiritur, unde falsae esse utraque potest. Ulterius hae non sunt contradictoriae: bis audivi talem, bis non audivi talem nam si unus talem semel quis audivit utraque propositio evadet falsa: similiter hae contradictoriae non sunt, Petrus necessario currit, Petrus necessario non currit. quia vel necessario manet affirmatum in utraque, et cum Petrus libere, et contingenter currat, utraque propositio falsa est

Quaeres 3o. utrum hae sint contradictoriae, Petrus qui sedet loquitur, Petrus qui sedet, non loquitur? respondetur non esse, quia manet aliquid in utraque affirmatum, unde si Petrus stet, utraque propositio est falsa: unde huic, et similibus contradicendo causa perfectae quaestiones, ut infra cum de compositis propositionibus agemus. item non sunt contradictoriae hae: omnis homo servans omnia mandata Dei salvabitur, aliquis homo servans aliquod mandatum Dei non salvabitur imo vera esse possunt, quia in 1a. propositione omnia mandata supponunt collective, non distributive; itaque ei illi contradicitur, dic.: aliquis homo servans omnia mandata

Dei

Dei non salbabitur quae falsa est, propter eandem rationem suppositionis colle-
ctivae. hae non sunt contradictoriae, omnis homo est omnis homo, aliquis homo
non est omnis homo. imo nec oppositae sunt, cum utraque sit vera, si autem 1a su-
pponatur supe distributiva, erunt contradictoriae, et 1a erit falsa et
altera vera. rursus hae propositiones infiniti sunt pares, infiniti non sunt pares, contradic-
toriae sunt, si pares sint subiectum et praedicatum; ita quod aequivaleant huic: pares ex-
istunt infiniti, pares non existunt infiniti: quod si pares [illegible]
sumantur [illegible], erunt subcontrariae hoc pacto: aliquid existens infi-
niti sunt pares, aliquid existens infiniti non sunt pares, quae utraque sunt
verae

nes 4o utrum oppositio numeri pluralis eadem sit, servata proportione, ac nu-
meri singularis, ergo sic aliquos currentes currere aliter dici numero
meri; et oppositionis contradictoriae quae dari debent in propositionibus numeri plura-
lis. videbitur tamen eadem esse: pro quo ex quamplurimis sequitur nomina in plu-
rali numero significare collective, unde ad verificandum significationem
vocum collectivarum requiritur, requiritur, quod duo saltem loquantur: unde
etiam ex summulistis, dicentes huius propositionis universalis de numero plura-
li, omnes homines currunt, formandum esse per collectionem. s. Resolutionem
omnis, ut haec collectio hominum currit, et illa collectio hominum currit
etc. s. ita: hi homines currunt et illi homines currunt, etc. simi-
liter assensum formandum a collectionibus singularibus ad collectionem uni-
versalem.

Modo pro ea dicam: hae propositiones omnes homines currunt, aliqui
homines non currunt sunt contradictoriae ergo oppositio contradictoria in nume-
ro plurali eodem modo datur ac in singulari. antecedens probatur ex supra
dictis: illae propositiones aequivalent his: omnis collectio hominum currit, aliqua
collectio hominum non currit; sed hae sunt contradictoriae: ergo et illae. con-
firmatur: illae propositiones nequeunt esse simul falsae, nec simul verae: ex
altera quaelibet enuntiat quidquid requiritur ad falsificandam al-
teram: ergo contradictoriae sunt, utpote contradictionis requisitis. Hinc
convincitur, dari in terminis numeri pluralis duplicem suppositionem, unam collectivam

gaudent etiam suppositione collectiva proprie numeri pluralis, et distributiva, si signum appositum universale sit, ut omnes homines currunt, ibi namque omnes homines supponitur collective pro hominibus, et distributive pro collectionibus: unde unico homine currente, falsum est dicere, omnes homines currunt, et si solum existat. gaudebit autem nomen numeri pluralis suppositione collectiva, et determinata, si signum appositum particulare sit, ut aliqui homines.

Dices sufficienter contradici illi propositioni omnes homines currunt per hanc, aliquis homo non currit: ergo per hanc aliqui homines non currunt negatur plus quam quod requiritur ad falsificandam ipsam. ergo haec non est ejus contradictoria. respondetur negando antecedens, quia posterior illarum est falsa uno existente, et currente homine: tunc enim falsa est haec omnes homines currunt cum sit de subjecto non supponente, haec vero in illo casu est falsa, aliquis homo non currit: ergo etc. argumenta quaedam contra doctrinam superioris capitis quae hic opponi solent expedientur ad quaestio superiora facile localiter expeditionem.. quaestio 2.a de equipollentia propositionis simplicis, et absolute

Quaestio 2.a
de equipollentia propositionis simplicis, et absolute —

Equipollentia propositionis ita communiter definitur a dialecticis; est eadem positio, idest sensus propositionum sub diversis signis: etenim propositiones equipollentes eundem sensum, idest sententiam habent, licet diversis signis, et terminis explicantur: ad formandam propositiones equipollentes tres sub hoc carmine regulae concluduntur. —

Non prae. contradic: post, contra: prae post que subalter

1.a igitur pro contradictoriis regula in illis vocibus prae, contradic. traditur, docens, quod ut duae propositiones contradictoriae reddantur equipollentes, praeponi debet universali, idest subjecto illarum particularis: ut in his contradictoriis de modo enunciandi omnis homo currit aliquis homo non currit reddantur equipollentes, propositione particulari non

universali affirmativae, sic non omnis homo currit, et reddit illam aequipollentem particulari negativae: similiter si particulari negativae praeponatur negatio ita: non aliquis homo non currit reddit illam universali affirmativae aequipollentem: quia non est in universali termino dictorum formaliter ut esse aliud: pariformiter regula haec vera, si contradictoriarum dilege aequipollentiam reddere liberarit

2a pro contrariis regula post contra docet, quod ut reddas aequipollentes duas propositiones contrarias, postpone subiecto propositionis particulam non: accipe has duas contrarias: omnis homo currit, nullus homo currit, has reddes aequipollentes, si dicas, omnis homo non currit, 2am autem sic si autem, nullus homo non currit: regula haec vero non traditur (?) dandas aequipollentes propositiones contrarias dilege; quia praedicta regula solum pro contrariis de modo enunciandi dicendi (?) porrigit: ratio huius regulae est, quia subiecto universali distributo, per particulam non negatur praedicatum de quolibet inferiori: unde aequivalet negativae universali, et econtra.

3a pro subalternis regula praepone subalter docet, quod ut reddas aequipollentes duas subalternas, praepone et postpone particulam non alteri ex illis: ecce subalternas: omnis homo currit, aliquis homo currit: huic vero aequivalebit illa non aliquis homo non currit, 2a autem ita 2a: non omnis homo non currit: excipe ab hac regula subalternatam negativam quae ut negativa subalternantis reddatur aequipollens, negationem postposita subiecto, illi praeponas ita non aliquis homo currit, quae aequipollet huic nullus homo currit.

4a et excipe pro subcontrariis regulae et si in superiori carmine locum non habeant: ut subcontrarias reddas aequipollentes, postpone particulam non subiecto particulari: habes has duas subcontrarias: aliquis homo currit, aliquis homo non currit: hanc ergo reddes aequipollentes dicas aliquis ho

mo n̄ n̄ currit, ipsi primus, ac tu secundus, equipollentes huic aliquis homo n̄ currit antiqui summulistae expr les signorum valorem versibus his Carminibus complexi sunt memoriae consulentes.

v n̄ omis, quidam n̄: omis n̄, velut nullus.
v Non omis n̄, quidam: nullus n̄, quivalet omis.
v Non nullus, quidam: n̄ nullus n̄, aliquis n̄.
v Non aliquis, nullus: n̄ quidam n̄ valet omis
v. Non alter, neuter: neuter n̄, pollet uterque.

signa haec facile ad praxim reducuntur formando oppositiones his signis si deliber constantis, quos singulatim exponere n̄ vacat. adverbia haec signa sua etiam habent equipollentias. ut n̄ semper valet aliquando n̄: semper n̄ valet nunquam: n̄ ubique valet alicubi n̄: ubique n̄ valet nullibi: ad dignoscendas equipollentias signorum numeri pluralis. nihil mihi superest adiiciendum; praecipuum eandem habere oppositionem ac numeri singularis signa supra statuerimus modo explicato per collectionem: unde signum omnes equivalet n̄ aliqui n̄: signum n̄ omnes equivalet aliqui n̄: nulli equivalet n̄ aliqui: n̄ nulli aliqui equivalet. quaestio 3a. de conversione simplici et absoluta

Quaestio 3a.

de conversione simplici, et absoluta

Ex tricis inutilibus: implexoque quas audimus, a priscis summulistis vexandis potius quam erudiendis mentibus inventas, cujus tamen meminimus, ne perdamus operam, laborare, quam alii tanquam desidiis, et magicam damnarunt: laboremus igitur ne n̄ praesidebis, auditores: eos dum enim harum praeceptionum doctores terrae, et ego, nunc in publicis theatris tot alii copiose utantur, et si utarentur, nunc sine fastidio ... excipi soleant ...

pluribus, ergo sed non plura loquamur. Conversio est mutatio unius propositionis in aliam per variationem mutuam praedicati in subiectum, et subiecti in praedicatum. Conversa dicitur propositio in quam alia mutatur; convertens dicitur propositio quae in aliam mutatur. Triplex numeratur conversio, simplex, per accidens, et per contrapositionem: simplex conversio est mutatio subiecti in praedicatum, et praedicati in subiectum servata eadem quantitate propositionis: ea convertuntur propositiones universales negativae, et particulares affirmativae; ut nullus homo est lapis quae ita simpliciter convertitur, ergo nullus lapis est homo. similiter haec aliquis homo est rationalis: ergo aliquod rationale est homo

Conversio per accidens est mutatio subiecti in praedicatum, et praedicati in subiectum eadem quantitate propositionis non servata: ut omnis homo est animal: ergo aliquod animal est homo: nullus homo est lapis: ergo aliquis lapis non est homo: quod conversionis genus reperitur in universalibus affirmativis, et negativis, quando in particulares convertuntur. Conversio per contrapositionem est mutatio subiecti in praedicatum, et contra, addito aliquo illorum de finito, infinito: qua ratione convertuntur universales propositiones affirmativae, et particulares negativae; ut omnis homo est currens: ergo omne non currens est non homo: aliquis homo non est leo: ergo aliquid non leo non est non homo: ecce sic clarius diluta conversionis genera. ad alias conversiones similiter efformandas, usi pro carmine hoc subiecto solito:

v simpliciter fecI, convertitur evA per accidens:
v AstO per contra sic fit conversio tota.

quarum vocales literae A, E, I, O, quae in illis dictionibus feci, eva, asto continentur, denotant propositiones, quae convertendae sunt: A namque denotat propositionem universalem affirmativam: E universalem negativam: I particularem affirmativam: O particularem negativam utriusque conversionis produnt.

v A canit A negat E sed universaliter ambo:
v Asserit I negat O sed particulariter ambo.

Igitur iuxta exempla a nobis supra proposita, pro qualibet propositione exponenda, exponis, et examina: Est universalis negativa converti simpliciter, et per accidens: universalis affirmativa per accidens, et per contrapositionem: particularis affirmativa simpliciter: particularis autem negativa per contrapositionem.

Pro propositionibus singularibus nota tertio, quod si propositio de subiecto singulari est affirmativa, converti debet simpliciter; ut Petrus est homo: ergo aliquis homo est Petrus; quod si propositio singularis est negativa, convertenda est simpliciter, et per accidens: ut Petrus non est lapis: ergo aliquis lapis non est Petrus: et ita: ergo nullus lapis est Petrus. praedictis, et supra positis conversionibus, sicut omnes conversiones, nituntur principio illo evidenti, scilicet, quod si unum identificatur cum alio, hoc etiam debet identificari cum illo: unde quae semel idem sunt semper idem sunt, et quae distinguuntur semel, semper distinguuntur: hinc est, quod si verum est quod Petrus identificatur cum animali, verum etiam est e contrario, quod animal identificetur cum Petro, in qua mutua identitate tota ratio conversionis consistit.

Notandum ad inveniendum debeat ad conversionem servari easdem rationes proprietates: quare homo est aliqua species, est homo non ita convertitur: ergo aliquis homo est species; quia in uno datur suppositio simplex, in altera personalis: sed sic: ergo homo est aliqua species. 2º requiritur eandem in utraque propositione distinctionem, male convertitur: ut mortuus fuit vivus: ergo vivus fuit mortuus caeci vident: ergo qui vident sunt caeci; datur enim in conversis distinctio, quae non permittitur in conversionibus: convertitur ergo ita: ergo qui fuit vivus fuit, est mortuus: et qui vident fuerunt caeci. 3º idem casus obliquus debet servari: unde haec est mala conversio Petrus videt caecum: ergo caecus videt Petrum convertitur: ergo aliquid visum caecum est Petrus. 4. non debet mutari sensus differentiali in contingentem aut e contra: unde male convertitur: omnis homo albus est homo: ergo omnis homo est homo albus sed ita: ergo videtur homo albus, aliquis homo est homo albus. Disputatio 2a. De propo-

Disputatio 3a

de oppe aequipollentia, et conversione ppis modalis = quaestio 1a

De oppe ppis modalis explicat

Caput 1um

quid sit, et cuius materiae capax ppo modalis? =

De salebras progredimur in salebras Auditores, en nobis jam obiicitur ppo modalis de qua maiora praecepta communiter dicuntur, paucula contraccentur: est igitur ppo modalis ea, in qua enunciatur modus, quo se habent subiectum, et praedicatum; ut absolute: ut primus esse animal est necessarium; hominem esse album est possibile: dupliciter efformatur ppo modalis, l. ad dicendo modus in casu nominandi, ut in exemplis superioribus liquet, l. adverbialiter hoc pacto, primus necessario est animal, homo contingenter currit: et hi in unaque forma, eius sit propositionem utraque quae difficultatem, de his communiter dis praecurrer.

Pro quo suppone 1o ppes modales gaudent dicto, et modo, modus quod ut habent ut praedicatum ppis, dictum autem ut subiectum, unde colliges, etiam esse ppes simplices, quod unica copula est contradictiones est oratio modi infinitivi; modus autem illi est, qui praedicatur de oratione modi infinitivi: ut primum esse hominem est necessarium: joannem esse album est possibile: in quibus ambobus necessarium et possibile sunt modi antecedentia autem, quae per modum subiecti efferuntur in infinitivo, sunt dicta. modos numeramus 4. necessarium, impossibile, possibile, possibile non aliqui loco modi possibile assignant modum contingens, sed nimia diversum modum est a possibile; nam quod possibile est contingens est, ut patet: quod si idem sit possibile, ac contingens, quid addere iubat modos, qui rei obscura, confusionem

parisant propositiones quas quod antiqui isti solum modos cum suis aequipararunt illis 4.or illis signis communibus oppositis supra numeratis: ut omnis necessario, nullus aliquis, aliquis non: ut in his carminibus continetur:

Omnis necesse valet: impossibile nullus:

Possibile quidam, quidam non possibile.

iuxta quam aequiparationem necessarium, et possibile non contradictorie se habent: necessarium, et impossibile contrarie: necessarium, et possibile subalterne: impossibile et possibile contradictorie: impossibile, et possibile non subalterne: possibile et possibile non subcontrarie.


Circa materiam propositionum modalium notandum eius triplicem, naturalem videlicet, et impossibilem: ratio est aperta: quoniam propositionibus modalibus modus qui est praedicatum vel necessario repugnat dicto, vel est subiectum vel necessario exigitur a dicto; si modus necessario competit dicto, datur propositio in materia naturali, et si modus repugnat necessario dicto, datur propositio in materia remota, et impossibili: quod etiam C. maior ex eo probatur, quod nullus modus assignari potest, qui contingenter se habeat erga dictum, etiamsi modus contingens introducatur.

De quantitate et qualitate propositionis modalis nihil occurrit denuo statuendum: cum enim diximus, modos aequivalere illis 4.or signis, omnis, nullus, aliquis, aliquis non, consequenter aiximus propositiones constantes modis necessarium et impossibile habere quantitatem universalem, quae autem modis possibile, et possibile non constant, quantitatem particularem habebunt: et sic statuimus modos vicem signi praestare propositio habebit qualitatem ex modo: unde si negatur modus de dicto, erit propositio negativa contra si affirmetur: si autem modus necessario competat dicto, vera erit propositio; quod si repugnet, falsa. Caput 2.um modalis propositionis oppositio tam de dicto communi, quam singulari designatur.

Caput 2.um

modalis propositionis oppositio tam de dicto communi, quam singulari designatur


// Explicatur natura propositionis modalis, et oppositio logica inter modos. Dictum est non exire propositiones modales oppositas assignari, duobus modis in quibus dictum variatur. Dictum solet esse singulare aliquando, aliquando commune; singulare illud est, cuius individuum aliquod determinatum designatur in oratione infinitiva, ut Petrum currere: commune autem est, cuius terminus communis afertur in dicto, modo afficiatur signo universali, modo particulari: ut omnem hominem esse animal, aliquem hominem currere. Quo [illegible], modales propositiones de dicto singulari in quibus [illegible] in dicto variatur, opponuntur penes modos [illegible] illarum oppositiones figura designatos, ut in subiecto hoc exemplari conspicies. 85



in quo exemplari notabis, propositionem de possibili, quae est contradictoria propositionis de necessario, habere negationem in dicto: et ratio est quia modi, qui habent negationem postpositam, manent affirmati, et dicta negata manent: modi autem, qui habent negationem sibi praepositam, manent negati, dicta autem affirmata manere possunt: aliter non distingueretur modus possibilis a modo impossibilis si negatio non caderet supra dictum sed supra modum: quod etiam accidit in modo necessarii, in quo quando negatio ponitur, negatur dictum et affirmatur modus, ut patet in hac propositione necessarium est quemdam non esse equum: quae aequivalet huic, impossibile est quemdam esse equum.


Si dicta conveniunt ita quod contradictoria sint, ad formandas propositiones contrarias servari debet idem modus universalis: quia duo dicta contradictoria neque simul necessaria, neque simul impossibilia esse possunt: unde hae sunt contrariae: Petrum currere est necessarium, Petrum non currere est necessarium. Petrum esse animal est impossibile: Petrum non esse animal est impossibile. Si autem habeant propositiones modales dicta contradictoria, et modos particulares erunt subcontrariae, ut hae: Petrum currere est possibile, Petrum non currere est possibile: Demum cum propositiones modales habent dicta contradictoria, et modos in se contradictorios, erunt subalternae, quia una infert aliam ut hae: Petrum currere est necessarium, Petrum non currere non est necessarium.

Ut autem faciliori methodo possis dignoscere quomodo opponantur modi, quomodo etiam inter se aequipolleant, subiectum aspice, et memoriter retine paradigma, ubi in quolibet illius circulo, seu quadro, modos sibi aequipollentes, et oppositos cum aliis suo ordine invenies.



in quibus regulam supra traditam servabis, scilicet, quod quoties negatio ca-
dit post modum, signum est, quod negatio pertinet ad dictum praeponen-
dum quasi esse verbo infinitivo.

Ad modales vero de dicto communi devenien-
tes, advertito, quod ad assignandum propositionem contradictoriam propositioni universali de
dicto communi distributive accepto, debet mutari quantitas universa-
lis dicti, et modi in quantitatem particularem dicti, et modi; quia aliter po-
terunt esse propositiones simul verae, aut falsae simul, cum negarent utraque il-
lud quod requiritur ad falsificationem alterius: unde male contradice-
res huic universali de dicto communi distributive accepto, omnem ho-
minem currere est necesse, per hanc, omnem hominem non currere est possibile,
nec per istam, aliquem hominem non currere est impossibile: contradices contra-
rias in quantitate dicti, quam modi variantibus, aliquem homi-
nem non currere est possibile: pariformiter huic, nullum hominem currere
est necesse, contradices per hanc, aliquem hominem currere est possibile:
ad contrarias autem formandas propositiones de dicto communi distributive
accepto, et de modo universali, dictum idem universale retineto, modum autem
contrarium, et universalem mutabis, ita: omnem hominem currere est necesse,
omnem hominem currere est impossibile: quia si mutaretur in dictum universale
negativum, utraque esse vera posset, ut in his: omnem hominem currere est nece-
sse, nullum hominem currere est impossibile: quia ex eodem capite, quo utrumque
contradictorium est impossibile, alterum est necessarium. quae ex oppositione supra
dicta modorum, et aequipollentiarum ad signa universalia, et particularia,
et ex apposita imagine constabit.



// Notabis hic pro modo impossibile quod in propositionibus de dicto universali indirecto constantibus modo impossibile reperiri debet eadem dicti quantitas in utraque contradictoria, quare huic universali de dicto indirecto, omne animal esse hominem est impossibile, male ita contradicitur, aliquod animal esse hominem est possibile, cum utraque vera sit: bene tamen per istam contradicitur: omne animal esse hominem est possibile: quod si propositio de impossibili disceptatur, est de dicto universali distributo, regulas generales observabis, et dicendum modus quantitatur ita: omnem hominem esse animal est impossibile, aliquem hominem esse animal est possibile. quaestio 2a modalium propositionum aequipollentia, et conversio exponitur.

Quaestio 2a.
Modalium propositionum aequipollentia, et conversione exponitur =

Perspecta, ut modo praesupponimus, modalium aequipollentia, ad illarum oppositiones dignoscendas [illegible] supra sibi vidimus paradigma, in quo aequipollentias modorum ostendimus et oppositiones: velles, quaeso, ne praebentissime nos in experientiae ista utilitatis praeberemus. velle insuper quam pro aequipollentia propositionum de modo enunciandi praediximus, et regulas illas illo carmine contentas, prae contradic., post contrar., prae postque subalterna, pro modalium oppositionum aequipollentia, quemadmodum eas patiatur observa: igitur ut propositiones dabis contradictorias reddas aequipollentes, ubi illarum altera praeponas negationem modo (in quo semper scilicet praeponi, vel postponi debet negatio) ut hae sunt contradictoriae: petrum currere est necessarium, petrum non currere est possibile: si ergo reddas aequipollentes praeposita negatione modo necessarium ita, petrum currere non est necessarium, quod non necessarium, et possibile non sunt aequipollentes, ergo ambae ista aequipollentes facies, petrum non currere necessarium, quod non possibile, et necessarium aequipollent sibi. [illegible] hae sunt contradictoriae de dicto communi: omnem hominem esse animal est impossibile, aliquem hominem

esse animal est possibile. 2.a ita aequipollet 1.ae: aliquem hominem esse animal non est possibile, quia non possibile aequivalet impossibili: 3.a autem ei aequivalet 3.ae: omnem hominem esse animal non est impossibile, quia non impossibile aequivalet possibili. 88

Pro contrariis 2.ae aequipollentiae regulam passivam observabis, si post ponas negationem modo, hoc est si dicas neg., contrarias reddes alteri contrariae aequipollentem: assigno has contrarias: petrum currere est necesse, petrum currere est impossibile: 2.am reddes 1.ae aequipollentem, si negas dicens ita: petrum non currere est impossibile, cum impossibile non aequipolleat necesse; 1.am vero ita: petrum non currere est necesse, cum necesse non aequipolleat impossibile. alterius hae sunt contrariae de dicto communi omnem hominem esse animal est necesse, omnem hominem esse animal est impossibile: 1.ae aequivalebit 2.a, si dicas neg., ita omnem hominem non esse animal est necesse etc. 1.a 2.ae similiter hoc pacto, omnem hominem non esse animal est impossibile, probata eadem ratione.

Pro subalternis post pones, et praepones negationem, et reddes eas aequipollentes: ut hae sunt subalternae petrum currere est necesse, petrum currere est possibile, quae sibi aequipollebunt, si negas dicens, quod modum in altera neg.: ut petrum non currere non est necesse, quia non necesse non aequipollet possibile: 1. hoc pacto: petrum non currere non possibile, cum non possibile aequivaleat necesse: similiter pro subalternis de dicto communi eadem regula observabis: pro subcontrariis est solum nota posita regula, si addimus negationem dicto, id est addes dictum aequipollentes immo easdem reddes subcontrarias, ut patet in his, petrum currere est possibile, petrum non currere est possibile.

Esse plenioris viam, et maiorem, quam hic claritatem modalium aequipollentiarum exposuimus; sed quia certi quod magistri [illegible] Hurtado alias aequipollentias praeter praedictas pro modalibus invenerunt, et explicarunt in tractatu ne ambiguitatem in [illegible] [illegible] neve hinc abeatis [illegible] qui non instantes edentuli, sed edentuli sunt multi et multa audiunt


praeterea hunc ut in labyrintho similes simplicitatem removere
in quantum eorum eloquiunt, 4.or igitur finxerunt voces, scilicet Pur-
purea, Iliace, Amabimus, edentuli, in quibus 4.or vocales A,
E, I, U, continentur: quarum A significat propositionem modalem affirma-
tivam de dicto, et modo: E negativam solum de dicto, I negativam
solum de modo, U negativam de dicto, simul et modo: quod memo-
riae causa hoc carmine notatum est =


∪ E dictum negat, Ique modum: Nihil A, sed U totum =
~~Nihil~~

Quarum 1.a syllaba cuiusque ex illis dictionibus
significant modum posse, 2.a modum contingere, advertendo enim hic modum con-
tingere pro eodem ac posse, et modum contingere non pro eodem ac possibile: 3.a
modum impossibile, 4.a modum necesse, quod etiam his carminibus exprimitur:

∪ syllaba quaeque modum de vocibus indicat unum:
∪ 1.a notat posse, contingensque 2.a:
∪ impossibile notat sibi 3.a, 4.a necesse:

ita ergo sit, quod per correspondentiam cuique dictioni sunt inter se aequi-
pollentes: quomodo autem intelligenda sit lectorum confusione ipsa confusione
quomodo sibi dictione, et per illas correspondentes opponantur si
placet, et valet, in tabella supposita cuiusque contemplari




Equipollentes
Equipollentes

hec in maiorem nostrorum gravium [illegible], et notata [illegible], in exercitationem qualemcumque utilitatem [illegible] [illegible] [illegible].

Pro modalium conversione, in quibus praedicti conversionum aliarum modi praestare debent, mittitur regula pro conversione [illegible] de modo enunciandi convertibilis; propterea modalem de dicto universalem affirmativam per accidens, i. generatim propter conversiones; modalem de dicto universalem negativam simpliciter, i. per accidens; modalem insuper de dicto particularem affirmativam simpliciter, et de dicto particularem negativam per contrapositionem. ubi notes nullius propositionis indirectae de modo impossibile conversionem posse, quae contingere, dictorum propositionis conversionem esse impossibile, et dictum convertentis negatum: ergo ex animal esse hominem est impossibile, quae male convertitur ita: ex hominem esse animal est impossibile: male etiam ita: aliquem hominem esse animal est impossibile: quod si propositio sit indirecta, ut contra modo impossibile convertatur inversa iudicio contra aliquem examinatam: quare hanc ex hominem esse equum est impossibile bene praestat convertitur: ergo aliquem equum esse hominem est impossibile. nota demum quod quando subiectum dicti est accidentale, non esse affirmandum in convertente, sed supponendum ex parte praedicati; ergo ex oratorem esse hominem est necesse, male hanc convertitur ita: ergo aliquem esse oratorem est necesse; sed ita: ergo necesse est aliquem hominem esse id quod supponitur esse orator. disputatio 4.a de oppositione propositionis compositae, hipotheticae et exponibilis. quaestio 1.a de propositione composita.

Disputatio 4.a

de oppositione propositionis compositae, hipotheticae exponibilis =

Quaestio 1.a

de propositione composita =

Definitionem propositionis compositae supra tradidi,

modo illiusque divisionem aspicere, ut ad opposita progrediamur: igitur 90
propositio composita alia est copulativa, disiunctiva alia; illa est, quae con-
stat pluribus propositionibus mediante adverbiali copula coniunctiva unitis, ut
petrus currit, et ioannes sedet: disiunctiva est quae constat pluribus propositioni-
bus mediante adverbiali copula disiunctiva unitis, ut petrus currit, vel io-
annes sedet. haec subdividitur in propriam, et impropriam: disiunctiva pro-
pria est illa, quae petit alteram ex suis propositionibus esse veram et alteram esse
falsam; impropria vero est, quae petit unam falsam ex suis propositionibus esse veram
sive altera sit vera, sive falsa: et in hoc differt etiam propositio composita dis-
iunctiva a copulativa, quia haec petit utramque ex suis propositionibus esse veram, ut vera
sit ipsa, quod si aliqua sit falsa, falsa tota propositio copulativa erit: ut
de sedente ioanne, et petrus currit falsa est haec petrus currit, et ioa-
nnes ambulat.

Omissis ergo materia propositionis copulativae, et disiunctivae, pro-
priae quam impropriae quam ex supra dictis facile intelligentur,
prosiliamus opposita tantum scire, quod ad formandam contradictoriam propositi-
onis copulativae duplici id praestatur modo, primo praefigendo negationem toti propositioni:
ut petrus currit, et paulus loquitur: non petrus currit, et paulus loqui-
tur: 2o per disiunctivam impropriam compositam ex propositionibus negantibus: ita petrus
currit, et paulus loquitur: petrus non currit vel paulus non loquitur: dicit
enim haec disiunctiva impropria unam partem copulativae non esse veram,
quidquid sit, an alia sit vera vel falsa, quod tantum requiritur ad fal-
sificandam copulativam dicentem, utramque sui partem esse veram: propter-
quam disiunctivam propriam male contradicere copulativae, quia negat plus
quam quod requiritur ad falsificationem copulativae, et possunt esse simul fal-
sae ut patet, si petrus quiescat, et paulus sileat; erit enim falsa co-
pulativa, et similiter erit falsa disiunctiva propria negans singu-
las propositionis partes, cum dicat unam partem esse veram, et alteram falsam, cum
supponatur utramque partem esse falsam, unde disiunctiva propria falsa est.

Contra-
rios propositionis copulativae assignabis per copulativam ex utrisque partibus

negantem, seu per disiunctivam propriam, id est, per alteram contradictoriam, seu contrariam cuiuslibet ex propositionibus partis copulativae; nec quocumque ex aliis his modis plus negatur, quam quod sequitur: quod facilius capies in icone, quam tibi subiciendam praevideo, subcontraria formaliter sic contradictoriae copulativae opponitur disiunctiva impropria constans iisdem propositionibus quibus copulativa constat: disiunctiva vero impropria iisdem propositionibus constans, ac copulativa est copulativae subalternata: quod in praemissa icone conspexisti.



Quaestio 2ª

de propositione hipothetica

Hipothetica propositio praecipue in conditionalem et causalem dividitur: illa est, quae enuntiat aliquid de aliquo sub conditione, sive sub hipothesi. multiplex est conditionalis propositio pro multiplici natura conditionis: 1ª dicitur conditionalis pure talis, quando ea conditio requiritur ad conditionatum, respectu cuius nullam connexionem habet: ut, si petrus audiat concionem, respondebit vocationi divinae: in qua asseritur ut conditio auditio concionis, quae nullam eius respectione ad vocationem divinam connexionem habet. 2ª dicitur conditionalis illativa, in qua conditio infert conditionatum: quae illativa triplex est, scilicet metaphisica ea est, quae fundatur in propriis essentialibus rei, et quae neque a Deo impediri potest: ut si est homo, est rationalis. alia phisica ea est, quae fundatur in natura rei secundum cursum naturale: quae tamen potest a Deo saltem impediri: ut si ignis est applicatus combustibili: alia moralis, quae in communi rationali hominum existimatione fundatur: ut si mater est, diligit filium. 3ª dicitur conditionalis disparata, ea est, quae neque requiritur ad conditionatum, neque cum illo ullam connexionem habet: ut si petrus loquitur, Ioannes dormit: 4ª demum dicitur repugnans, in qua conditio repugnat conditionato: ut si petrus est homo, [illegible] est leo..

Propositioni conditionali quaecumque illa sit, opponitur contradictorie si ei propositio negationem praefigas: ut si petrus currit, movetur; non si petrus currit, movetur: contrarie opponitur si conditionato opponatur contrarium, ut si petrus currit non potest moveri .i. ita in propositionibus conditionalibus de modo enuntiandi; si omnis homo currit omnis homo movetur, opponendo contrarium conditionatum sic: si omnis homo currat, nullus homo movebitur: ratio est, quia id quod affirmat propositio conditionalis

est illatio conditionati ex conditione; ergo opponuntur conditionales ratione negationis illationis conditionati ex conditione: ergo secundum eas oppositiones quae habeant conditionata inter se, dabitur conditionalium oppositio subalternarum inter se ex contrariis et si opponuntur illae, ita subcontrariae, ut ex hac, si petrus curreret movetur, infertur haec si petrus currit, potest moveri est subalternata, id est: haec subcontraria alterius huic, si petrus currit, non movetur, quae est subalternata huius contrariae, id est si petrus currit non potest moveri: quod si neque ante esse veras illas duas subcontrarias in ratione materiae, quia ibi est conditionalis metaphysica illatione; in alia tamen materia verae esse poterunt.

Propositio causalis est illa in qua redditur ratio praedicati ut petrus est homo, est rationalis, id est petrus ideo est rationalis quia est homo quae oppositio causalis significat et petrum esse hominem, et esse rationalem et unum esse rationem, id est quasi causam alterius unde patet oppositionem causalem esse copulativam. patet etiam quod causalis oppositio debet exponi, ut oppositio copulativa exposita supra est quaestione 3a de propositione exponibili, caput quid exponibilis exclusivae oppositionis exponi.

Quaestio 3a

de propositione exponibili

Caput 1us

exponibilibus exclusivis oppositiones exponi


Ordinatur propositio exponibilis, quae probat aliquam particulam quae difficultatem et obscuritatem habet explicatione sive expositione indiget, oppositio quae aliter explicari dicitur exponens; explicata autem exponibilis ratione patet triplex haec est, exclusiva nempe, exceptiva, et reduplicativa. exclusiva est, quae continet particulam exclusivam, ut tantum, duntaxat solum

est e: quadruplex pro quadruplici modo, quo particula exclusi-
va potest in propositione disponi: 1° afficiendo subiectum tantum: ut tantum pe-
trus currit, redditque hunc sensum: petrus currit, et nullus alius a petro
distinctus a petro currit 2° afficiendo praedicatum: ut petrus est gramma-
ticus tantum, et petrus grammaticus est, et nullam aliam facultatem
scit 3° afficiendo simul subiectum, et praedicatum: ut tantum petrus est albus
tantum: hoc est: petrus nullum aliud accidens habet quam albedinem,
et nullus alius est, qui nullum aliud accidens habeat quam albedinem
4° afficiendo copulam, et excludendo alias temporis differentias
praeter importatam a copula, ut Christus tantum fuit passibilis: idest fuit
passibilis, sed falsum est quod sit aut erit passibilis: dicitur 3° modo, quod
afficiat parti illa exclusiva subiectum communiter solum agimus, fatemur
quae specialis difficultas clamat.

Ad dignoscendum oppositionem exclusivarum a-
signanda sunt signa ex quibus ipsae conficiuntur propositiones oppositae, et sunt tantum,
non tantum, tantum non, non tantum non: 1.a et 2.a sibi contradicunt 1.a et 3.a
contrariantur, 3.a et 4.a sibi contradicunt: 2.a et 4.a subcontrariantur,
et 1.a cum 4.a, et 2.a cum 3.a subalternantur: adquam oppositionem explicandam usi
quum tota pendet ex varia particulae in propositione, illo carmine iuvabimur, prae
contradic: post contra: prae post quod subaltera, quod supra iam exposui-
mus: propterea exclusivis oppositis infra sibi dabo contradictionem, postquam
declaravero earum expositionem, quae hac non caret difficultate.

Expositio
oppositionum exclusivarum fieri debet per propositiones compositas, sive copulativas sive
disiunctivas sint hunc in modum- 1°: exclusiva affirmativa de signo subiecto
sive copula, exponitur per copulativam cuius 1.a pars affirmat de
subiecto praedicatum, 2.a autem negat praedicatum de quolibet alio: ut vidimus su-
pra, et inferius videbis: 2°: exclusiva negativa de signo et affirma-
tiva de copula exponitur per disiunctivam imperfectam cuius 1.a pars
neget praedicatum de subiecto, 2.a autem affirmet praedicatum de alio distincto a subiecto
ut non tantum petrus currit quae sic exponitur, 1. petrus non currit vel ali-

quid aliud distinctum a Petro currit, rursus ... quod haec non tantum Petrus currit est contradictoria huius tantum Petrus currit, idque quia haec continet duplicem partem sit falsa, sufficit quod falsificetur altera illarum pars, ut fit per exclusivam in propositione; et ita exponi debet 2° exclusiva affirmativa de signo, et negativa de verbo, sicut copulativa exponi debet per copulativam, cuius 1a pars neget praedicatum de subiecto, 2a autem praedicatum de quovis alio affirmet: ut tantum Petrus non currit: idest Petrus non currit, et nihil aliud distinctum a Petro currit. 4°: exclusiva negativa de signo, quae de copula exponitur per disiunctivam propositionem cuius 1a pars affirmet praedicatum de subiecto, 2a autem de aliis neget: ut non tantum Petrus non currit, idest, Petrus currit, vel aliquid aliud distinctum a Petro non currit quae omnia supposita demonstrabit imago.



// Sed esse cum sine offendiculo in expositione praeiacentis ex
clusivarum propositionum antiqui alios Zurtado noster opposuit plura
que Axiagg excitavit, quae nobis amicabimus facile per scrupulos
solvabimus, non tamen a spiculo ad verum veros dialecticos rigorosissimos doctos
simus absolvemus, igitur aiunt, hae propositiones, tantum petrus curavit, et tantum
petrus curavit non esse contradictoriae, quia possunt esse simul falsae, non curante
petro nec 2.e exponi debet ita petrus curavit, et aliud a petro curavit
[illegible] priori ratione. 2.o quia particula tantum est negativa, itaque propositio
dicta, tantum petrus curavit affirmat cursum de petro, et negat de aliis; quae
que ait, non tantum petrus curavit, affirmat utrumque, cum particula negationis
affirmet. 3.o quia christus dominus ioannis 8.o et similes propositiones exclu
sivas exposuit per copulativas et non per disiunctivas, et hanc propositionem
solus non sum quam ita exposuit, sed ego et qui misit me Pater 4.o quia ali
ter esset vera haec propositio non tantum christus fuit blasfemus; verisimile
esset non tantum Maria sine [illegible] peccatis quae pie et catholice cum
[illegible] substinent, similes alias propositiones afferunt hi doctores quibus adiicim
mus.

Nec[illegible] et similibus [illegible] ponderis non sunt ut superioris dia
lecticae expositionis exclusivae per disiunctivam in [illegible] minime
labe faciunt: propositio enim dupliciter potest considerari haec propositio, et
similis: non tantum petrus curavit: 1.o in sensu vulgari et [illegible]: 2.o in
sensu dialectico, et rigoroso: in primo sensu fateor non esse contradictoriam alterius
nempe tantum petrus curavit: et ratio est, quia in sensu vulgari, et [illegible]
[illegible] exponitur per copulativam affirmativam, ut probat argu
mentum hoc pacto: petrus curavit, et alii distincti a petro curaverunt, illud
vero sicut et altera, affirmat cursum de petro qui potest non currere: quare
utraque potest esse falsa: quia non sunt contradictoriae; at in sensu dialec
tico, et rigoroso tamquam contradictoriae sustinendae sunt, cum
sit melius contradicere, quam [illegible] negationem praeponere, et clare
[illegible] Logicis de contradictionum quae exponentes [illegible] propositiones ita
quod exponentes etiam retineant contradictionem. Ad [illegible] [illegible]

retinere, nisi exponatur negative de signo universaliter, pertinere nunc in propositionibus, ut nos praesumimus 3° etc.


Hinc ex praemissis ad 3um non oportet ita debere exponi illa propositio reduplicativa et negative exponatur. atque particula tantum non est pure negativa, sed negativa partis, et partis affirmativa: praeterea est copulativa negatione et affirmatione, propterea copulativa ut supra exposita est, hic tantum particula sit, hoc est, quod illius contradictoria non debet affirmare quod illa affirmat sed potius negare illa, non tantum Petrus currit, idest Petrus non currit vel aliquid distinctum a Petro currit; copulativa enim per disiunctivam, et non aliter, contradicitur. atque patet, Christus Dominus ipse vulgaris fratris et communis loquendi modus loquentes utique aliter ad quas illas propositiones in ecclesia logico sic et catholicus reddunt quam veram tamen credentes: Christus non fuit blasphemus vel aliquis distinctus a Christo fuit blasphemus; Maria in utero non peccavit vel aliquis distinctus a Maria in utero peccavit, caput 3um oppositiones et expositiones propositionis exceptivae, atque reduplicativae detegit.

Caput 3um

oppositiones, et expositiones propositionis exceptivae atque reduplicativae detegit

Exceptiva propositio est, quae continet particulam exceptivam, tales sunt hae praeter, extra, excepto: ut omnis homo praeter Petrum currit, in qua videtur subjectum esse et debere esse complexum, et tamen supponere respectu hi excepti; videlicet in propositione Petrum exceptum, et illi competit praedicatum: unde haec non est vera exclusiva homo praeter equum est animal, quia homo non est sumptus respectu equi, qui est exceptum apparens; nonnunquam hic propositio extensiva praedicati, quia extendit etiam praedicatum ad ipsum exceptum, et exprimitur ita, homo, et equus sunt animalia opposite


vim oppositionis propter particularem exprimunt consistit; ultimus modus quod habet 4or particulares prima, non prima, pauci, non pauci, [illegible] non oppositionem, 4or opponi in modis contrariis oppositionis, ex [illegible] subiecto [illegible] communis [illegible], ubi expositione cuiuslibet praedicatae ei datae dies.



// Reduplicativa propositio est, quae constat particula reduplicativa: tales sunt prout, inquantum, quatenus: particula autem reduplicativa est, quae reflectit supra aliquid, quod praecedit, ut in hac propositione equus prout equus est animal. reduplicativa particula denotat semper rationem formalem propter quam praedicatum convenit subiecto, et exponitur ideo per causalem ita: petrus prout homo est rationalis: idest, petrus est rationalis, et rationem propterea quia est rationalis, est quod haec reduplicatio denotat aliquando terminum supra quem cadit, esse rationem formalem, causam, aut principium, propter quod praedicatum competit subiecto, ut in his, homo prout rationalis est discursivus, homo prout animal est sensitivus inquantum scilicet affertur rationalis praedicatum, et principium discursus; inter autem animal affertur pro ratione formali sensitivi; et hoc pacto dicitur afferri particula reduplicativa: quod si terminus supra quem reduplicatio cadit non sit ratio formalis, radix, causa, aut principium, propter quod praedicatum convenit subiecto, talis conditio particula prout non sumitur reduplicative, sed specificative, aut [illegible]; ut videre est in hac propositione ignis prout applicatus comburit, quia applicatio non est ratio formalis aut radix comburendi, sed solum conditio.

Ut autem dignoscas qualis sit praedicatio reduplicativa, qualis autem specificativa, similiter enim possunt in thesibus, et disputationibus audiri, regulam accipe ex [illegible] auctoritate tam commendatam, quotiescumque valet bene dictio supra quem cadit reduplicatio ad praedicatum propositionis, propositio sumenda est reduplicativa, quotiescumque autem praedicatum non competit termino supra quem cadit particula, sumenda est specificative: patet exemplis: bene valet, paries inquantum albus est disgregativus visus: quia albedo est disgregativa visus: homo prout rationalis est discursivus: quia rationale est discursivum: homo secundum animam est immortalis: quia anima est immortalis: ergo propositiones, quae vere sunt reduplicativae: non [illegible]: voluntas prout cognoscens amat: quia cognitio amat: ignis comburit applicatus

Constituunt: quo applicatio combinat: ille praedicationes speculativae ad applicationem oppositorum suis disposita et patefacta evidentius facilius innotescit.



Quaestio appendix num aliqua propositio assignabilis sit, cui assignabilis non sit contradictoria? Caput 1um quibusdam suppositis prima pars contrariae sententiae propugnatur.

Quaestio appendix.

Num aliqua propositio assignabilis sit, cui assignabilis non sit contradictoria?

— Caput 1um —

quibusdam suppositis prima pars contrariae sententiae propugnatur =

Quaestio haec nostris aetate tradita Patribus ad logicam a pluribus remittitur, ab aliquibus omittitur; praesertim cum medius in ea agitabitur ubi oppositis natura, et legis [illegible] explicationem, utrumque frequenter in praesentiam, duplex, extrema opposita sententia statuentur, prima affirmans quam tenet [illegible], quaestionis huius inventor Pater Georgius Hemerma, [illegible] quaestionum theologicarum: [illegible] tertia, eius decidant maxime in assignanda contradictoria propositionibus ex terminis sibi contradicentibus constanti, de qua tota hic est quaestio [illegible] petrus currit, et non currit.

Ad resolutionem praemitto 1o: duplicem distingui sensum [illegible] a terminis, sive ex terminis contradicentibus, alterum formalem, virtualem alterum; formalis sensus similium propositionum est, quem praeseferunt immediate, namque complexionem [illegible] ex terminis contradictoriis currit est, et non currit quae extrema [illegible] in sensu formali intellectus coniunguntur in veritate. Sensus virtualis similium propositionum est qui per illationem colligitur ex sensu formali propositionis unde ex sensu formali huius propositionis petrus currit et non currit infertur virtualiter conclusio in falsitate utriusque ex terminis contradicto

rii; patet; nam cum propositio quod verum sit Petrum currere falsum est, propositio Petrum currere et cum verum sit Petrum non currere falsum est Petrum currere; ergo ex terminis falsi, in quo illa propositio enunciat utrumque extremum esse verum, infertur utrumque esse falsum. Hinc est quod in terminis falsi propositionis copulativae, quae asserit utrumque esse verum, includitur virtualiter propositio contradictoria enuncians utrumque esse falsum.

Praemitto 2.° quamlibet propositionem dicere virtualiter se esse veram, et suam oppositam esse falsam: et ratio est, quia quaelibet propositio, sicut et quaevis altera continetur virtualiter eiusdem negationis sub destructione, quandoquidem ipsa est destructio sui destructivi: sed quaevis propositio est destructio suae oppositae: ergo quaevis propositio dicit virtualiter se esse veram, et suam oppositam, sive suam destructivam esse falsam, siquidem veritas unius est destructio alterius oppositae. Hinc est, quod haec propositio Petrus currit dicit virtualiter se esse veram, et hanc eius oppositam Petrus non currit esse falsam: sic etiam, hanc Petrus non currit dicere virtualiter se esse veram; et hanc sibi oppositam Petrus currit esse falsam: et ideo dicitur haec propositio Petrus currit, et non currit de extremis se habentibus ipsis pugnantibus, et se destruentibus.

Praemitto 3.° in his, et similibus propositionibus, naturam debere essentiam cuiuscumque extremi, aliter non esse impossibilem propositionem, et de extremis se pugnantibus constare: unde cum essentia cursus saltem sit destructio non cursus; et essentia non cursus sit saltem destructio cursus, ex vi hypothesis, sicut supponitur esse verum dari cursum, et non cursum debere supponi non dari cursum, et non dari non cursum: unde ex hac propositione Petrus currit et non currit infertur virtualiter haec: neque Petrus currit, neque non currit: 4. aliter: sicut haec propositio Petrus currit et non currit dicit utrumque esse verum ita etiam dicit utrumque esse falsum, cum cursus virtualiter dicat non cursum non dari, et non cursus dicat virtualiter cursum non dari.

His suppositis sit 1.a conclusio: propositio de extremis se pugnantibus et destruentibus potest assignari contradictoria: probatur conclusio: propositio quae neget, quod

affirmatio propositionis de extremis contradicentibus, secundum quod praecise sufficit ad illius falsificationem, erit contradictoria illius; sed talis propositio assignari potest; ergo etc. Maior est nota ex natura contradictoriae. Minor probatur. Propositio de extremis contradicentibus enunciat secundum utrumque falsam conceptionem in unitate currens et non currens, et secundum se unum virtualem conceptionem currens et non currens in falsitate; sed potest dari propositio, quae negat secundum quod requiritur praecise ad falsificationem illius: ergo potest dari propositio, quae neget quod enunciatur per propositionem de extremis contradicentibus, secundum quod sufficit ad illius falsificationem. Maior cum suppositione probata est: minor infra demonstrabitur, loco autem suo probatur. Confirmatur 1°: haec propositio Petrus currit et non currit tribuit Petro currens et non currens sub conceptione currens et non currens; sed potest dari propositio, quae detrahat a Petro hanc conceptionem, secundum quod praecise sufficit ad eam conceptionem detrahendam: ergo contradictoria illius. Confirmatur 2°: haec propositio Petrus currit et non currit dicit falsitatem: utrumque est verum, et contradictoria et illativa: utrumque est falsum: sed propositio dicens alterum est verum, et alterum falsum opponitur extrema utriusque dicto secundum quod requiritur ad eorum dicti falsificationem: ergo opposito contradictoria huius cum firmatur doctrina infra late explananda, et iterum [illegible] 2° parte, et praecipua nostrae sententiae nititur.

Dices cum [illegible] et accidit: si aliqua esset contradictoria assignabilis propositionis de extremis repugnantibus maxime haec propositio non Petrus currit et non currit; sed haec non est contradictoria; ergo nulla. Admittitur communiter maior; probatur minor: una contradictoria negat in altera inclusum; sed haec propositio non Petrus currit et non currit in [illegible] illa Petrus currit et non currit, ergo negat eius illius contradictoria. Probatur minor. Sensus huius propositionis Petrus currit et non currit hic est: utrumque est verum; sensus autem istius non Petrus currit et non currit est: alterum disiunctive est falsum, sed ex eo quod utrumque sit

verum, infertur quod utrumque sit falsum: ergo infertur quod alterum disiunctive sit falsum: ergo una propositio includit contradictoria: ergo nequeunt esse contradictoriae. Hoc argumentum non habet facilem solutionem, quidquid sibi plaudant recentiores, et eorum conveniunt quoad conclusionem: alii ad verum, falsum, et virtualiter recurrunt, fatentes inferre virtuali modo contradictorias in talia includi, id autem inconveniens non esse: alii recurrunt ad hypothesim impossibilem, in qua eiusmodi contradictoriae non deprehendantur: extra hoc recentissimus Peleza proponit est: cum casum impossibilis sit hypothesis, ergo quodlibet extremum secum ueniat aliter ex mutuo repugnantes.

Nos ergo distinguimus maiorem: si aliquando daretur contradictoria, maxime haec, non Petrus currit, et non currit, ut communiter explicatur per disiunctivam impropriam reddentem sensum alterum est falsum, nego: maxime haec non Petrus currit et non currit exposita per disiunctivam propriam reddentem sensum alterum est verum, et alterum falsum, concedo: quae disiunctiva propria datur in casu propositionis de extremis contradicentibus: distinctionem supradictam ex nostra sententia pro assignanda contradictoria illi propositioni quae eiusdem per verum conclusionem tradant, dilucidius probabit Caput 2um secundam nostrae sententiae partem proponit et probatur.

Caput 2um
Secunda nostrae sententiae pars proponitur et explicatur et probatur

Sit 1a conclusio. Haec propositio non Petrus currit, et non currit exposita per disiunctivam impropriam, ut communiter exponitur reddentem hunc sensum, alterum falsum est, falsa 1. hunc, alterum non est verum non est contradictoria: a hac Petrus

currit et non currit ex supra dictis constat disiunctiuas impropriae propositionum (sui partes) esse determinate ueras, vel falsas, quia quid sit earum sui partes uera, vel falsa sit: disiunctiua uero propriae propositionum principaliter esse ueras determinate, et alteras esse determinate falsas probatur: modo concluditur negatiue esse contradictoriae alterius propositionis quae ex altera infertur; sed haec propositio non Petrus currit, et non currit exposita per disiunctiuam impropriam infertur ex hac Petrus currit, et non currit ergo nequit esse illius contradictoria. maior, et minor postquam probandae sunt, ut eos legitime deducatur.

Probatur

maior: quia propositio contradictoria habet uerum oppositum alterius contradictoriae; immo semper disiunctiue uerum alterius contradictoriae: sed propositio quae ex altera infertur nequit habere sensum oppositum, et disiunctiue sensum alterius ergo propositio quae ex altera infertur nequit esse alterius contradictoria. patet discursus, quia non amplius sensus oppositus est, sed quia ab aduersario non negatur. quod si eo ratione sensus dicas includi unius contradictoriae in altera secundum sensus virtualis illius, et hoc non simpliciter ad oppositum, diuersimodo secundum sensus falsus cum in altera non includatur. contra est: quia sensus contradicit huius propositionis Petrus currit, et non currit est sensus illatiuus a dicta propositione: ergo si secundum sensus virtualis haec includit sensus qua est contradictoria assignat, non Petrus currit, et non currit, includit illas secundum sensus illatiuus: ergo una contradictoria infert alteram: ergo una contradictoria quae dicit, non habet sensum oppositum alterius contradictoriae. et ideo procedit argumentum.

Redeo igitur ad minorem huius syllogismi

quod est haec propositio non Petrus currit, et non currit exposita per disiunctiuam impropriam infertur ex hac Petrus currit, et non currit, quia copulatiue haec propositio non Petrus currit, et non currit exposita per disiunctiuam impropriam est non Petrus currit vel non currit, reddit hunc sensum, altera non est uera, siue altera est falsa ut opponatur huic copulatiue,

Petrus currit, et non currit dicenti utraque est vera, quae est adhuc superiorum doctrina: sed quod altera non sit vera, sive quod altera sit falsa infertur ex hac propositione Petrus currit, et non currit: ergo etc. haec propositio Petrus currit, et non currit exponitur per disiunctivam impropriam contradictoriorum: ex hac copulativa Petrus currit, et non currit dicente utraque est vera, infertur quod utraque non sit vera: sed ex eo quod utraque non sit vera, infertur quod altera non sit vera, sive quod altera sit falsa: ergo ex hac copulativa Petrus currit, et non currit, infertur quod altera non sit vera sive quod altera sit falsa. Maior est in superioribus probata, minor probatur, quia: ex hac copulativa Petrus currit, et non currit dicente utraque est vera, infertur neque existere cursum, neque existere non cursum: ergo infertur quod utraque non sit vera; consequentia est evidens: antecedens probatur, quia cum propositio de extremis contradictoriis dicente utramque sui partem esse veram, una pars est vera, quia non datur non cursus, et altera est vera quia non datur cursus; ergo utraque est vera, quia neque datur cursus, neque datur non cursus: ergo ex eo quod utraque sit vera, infertur quod neque existat cursus, neque non cursus: ergo infertur quod utraque non sit vera, sive quod utraque sit falsa: ergo in contradictione similis propositionis disiunctivae impropriae, quae asserat alteram esse veram sive alteram esse falsam.

Dices, ut supra, cum de propositione composita ageremus, statuimus assignandam fore contradictoriam propositionis copulativae disiunctivam impropriam; sed haec Petrus currit, et non currit est copulativa, sive composita; ergo disiunctiva impropria debet illi assignari contradictoria. Respondeo, nullam adeo generalem regulam tradi, quin aliquando exceptionem non patiatur; ut supra praecedenti generaliter praedicta regula pro compositis propositionibus de extremis non repugnantibus, quales sunt eae, de quibus tunc sermo versabatur; compositis autem de extremis contradictoriis, quae specialem difficultatem praeseferunt, generali non subiiciuntur regulae: quod si rationem involventis petas, accipe superiorem.

Sit 3a conclusio: haec propositio Petrus currit

[illegible] currit habet hanc contradictoriam, non petrus currit, et currit
exponitur per suas duas copulativas proprias, scilicet petrus non currit, et currit ve-
re, hunc sensum, altera pars est vera, et altera est falsa probatur
conclusio: illa propositio exponita tenet omnes regulas contradictionis re-
quisitas: ergo est illius contradictoria: ant. probatur per partes: 1°: quia
non petrus currit, et non currit exponita per disiunctivam propriam negat
quod quod alia affirmat indirecte, et particula non praefixa; 2° opponitur
altera secundum quod primo respicit ad alterius falsificationem 3° opponitur
alterius sensus. 4°: nequit componi cum altera neque in veritate neque in fal-
sitate. 5°: in nullo sensu infertur ex altera, et quod ex hoc conspicue maxime
mihi arridet hic distinguendi modus probatur hic 5a pars, et explicatur
hic propositio petrus currit et non currit dicens secundum sensum falsum utraque
est vera infert hanc, altera est vera; et ergo infert istam, altera est
vera, et altera est falsa: ergo secundum sensum falsum haec non infertur ex illa
autem illa copulativa secundum sensum virtualem dicens utraque est
falsa infert hanc, altera est falsa; non tamen infert hanc altera
est falsa, et altera est vera: ergo neque sensum falsum neque virtualem
vera infertur ex altera: ergo haec negativa exponita per disiunctivam
propriam habet oppositum sensum, ac habet affirmativa copulativa
de extremis contradictoriis secundum utrumque sensum: ergo regulas oppositionis
contradictoriae rigorose observabat.

Dices: haec propositio petrus currit et
non currit secundum sensum falsum dicens utraque est vera infert hanc
altera non est vera; et secundum sensum virtualem dicens utraque est
falsa infert hanc, altera est falsa: ergo secundum sensum falsum et
virtualem simul infert hanc altera est vera, et altera est falsa;
quam nos pro contradictoria assignamus: respondetur distinguendo ant.:
illa propositio dicens utraque est vera infert hanc altera non est vera ex-
cludendo veritatem ab altera nego: non excludendo veritatem ab altera
concedo: similiter distinguo secundam antecedentis partem: propositio dicens utraque
esse est falsa infert hanc, altera est falsa, excludendo falsitatem ab altera

nego: et excludendo falsitatem ab alia cendo: igitur hec propositio altera est vera, et altera est falsa cuius sensus reddit disiunctiua proposita a nobis pro contradictoria assignata, dicit alteram esse veram, excludendo veritatem alterius comparis; et alteram esse falsam excludendo alterius comparis falsitatem; vtraque hec propositio vtraque est vera infert hanc altera est vera non excludendo alterius comparis veritatem, et hec vtraque est falsa, infert hanc, altera est falsa, non excludendo alterius comparis falsitatem: unde nunquam hec altera est vera, et altera est falsa infertur ex illa, petrus currit, et non currit etiam quia vtramque simul falsam esse, et virtualiter accepta.

Sit 4.a conclusio: hec propositio neque petrus currit, neque non currit non est contradictoria huius, petrus currit et non currit: est contra communem sententiam, sed ex nostra doctrina deducitur et probatur. quia hec neque petrus currit, neque non currit infertur ex hac petrus currit et non currit, sed quod infertur ex alia, opponi cum alia non habet, quod contradictoria illi non est. Consequentia vera concedi debet: minor probata supra manet: maior similiter, cum si dicat vtramque esse falsam, quod infertur ex 2.a dicente vtramque esse veram, ut supra vidimus. assignabitur quod contradictoria illi propositioni petrus currit, et non currit per hanc neque petrus currit, neque potest currere et ratio est: quia hec opponitur illi, et simul tamen ipso tempore possunt esse simul vere, neque possunt plusquam quod neque possunt adtendere falsitatem, et dicimus ex altera non infertur. Capud 3.um oppositionem fallaciam designamus.

Caput 3.um

Oppositionem fallaciae, dete- guntur

Opponis 1.o: propositio enuntians vtramque sui partem esse veram recte contradicitur per propositionem enuntiantem alteram partem non esse veram; sed propositio copulatiua affirmatiua de extremis contradicentibus enuntiat vtramque esse veram; et negatiua perdisiunctiua impropria exponitur enuntiat alteram non esse veram

ergo sunt contradictoriae illi per hanc. probatur maior: quaecumque est verum, alterum non est verum sunt contradictoria, ut dixi patet.
Respondetur distinguendo maiorem: quaecumque enuntianti utramque sui partem esse veram, et inferenti utramque sui partem esse falsam, sunt contradictoria, per quaecumque enuntiantem praecise alteram partem non esse veram, nego maiorem: per quaecumque enuntiantem alteram partem esse veram, et alteram falsam, concedo: patet ex dictis responsio, quam ad similem quaecumque applica.

Opponitur 2.° necesse est, quod obiectum impossibile includat sui destructionem: ergo implicat quod ex quocumque impossibili extremis repugnantibus composito inferatur contradictoria aut contraria: antecedens videtur manifestum, quia nihil est impossibile nisi includat praedicata sibi repugnantia constantia; haec quae sunt contradictoria petrus est equus, petrus non est equus ergo inferatur ex ea: consequentia: ergo non repugnat quod ex quocumque impossibili inferatur contradictoria: probatur minor, petrus et equus sibi essentialiter repugnant: ergo bene valet est petrus: ergo non est equus: ergo valet etiam petrus est equus: ergo non est equus.

Respondetur distinguendo antecedens: necesse est quod obiectum impossibile includat sui destructionem physicam, vel metaphysicam, concedo antecedens: sui destructionem logicam, nego antecedens, et nego consequentiam. praedicatio solum probat, quodlibet impossibile includere sui destructionem metaphysicam, non autem logicam. destructionem metaphysicam obiecti impossibilis est repugnantia essentialis praedicatorum, quae unitatem per intellectum ea copulantem coeunt, quorum praedicatorum quodlibet aliud essentialiter excludit: ut in hoc impossibili homo equus in quo quodlibet extremum est destructivum metaphysice alterius; ac proinde huius impossibilis homo equus, cum quodlibet cum altero ad identitatem repugnat: destructionem vero logicam obiecti impossibilis est praedicatio logica distinguens illam copulationem extremorum sibi repugnantium fabricatam ab intellectu: hanc autem praedicationem logicam neque includit, neque includere potest obiectum

impositione, cum copula praedicationis logicae distinguenda sit ab illa copulatione extremorum, dicendum debeat esse, ut talis praedicatio logice definienda sit copula quae habet copulativam impositionem. ad confirmationem concessa maiori, negatur minor ad huius probationem concesso antecedente et 1a. loca, negatur ultima; similiter etiam illa dicentem in capite, sensu, dixerunt scribentes verificata, in praedicatum de proferentium: quae si intenditur necessario inferre, sua, veritatem fide id pertinet, cum tanquam ex in concepta praedicatione impossibile manavit. Tractatus 4.us de discursu vocali, sive de vocibus, quatenus ad discursum mentalem ordinantur. disputatio 1a. de modo sciendi ipsiusque speciebus quaestio 1a. quid sit modus sciendi et quotuplex

Disputatio 1a.

de modo sciendi ipsiusque speciebus.

Tractatus 4.

de discursu vocali, sive de vocibus, quatenus ad discursum mentalem ordinantur.

Quaestio 1a.

quid sit modus sciendi, et quotuplex.

Modus sciendi sic communiter definitur, est oratio alicuius ignoti manifestativa. Subscripsi pro dicitur oratio in genere, quae significat quod sit oratio in perfecta apprehensioni correspondens, quam requirit quod sit indicativa; debet insuper esse manifestativa alicuius ignoti, sive obscure cogniti quantum est exem: est homo obscure cognitus per vocem homo clarius cognitus per hanc orationem animal rationale, et sic aliunde homo clare cognoscatur. hic tamen voces dicuntur habentes esse manifestativae aeri fieri nominis sub speciali claritate, definitionis videlicet, quae modus sciendi est debet insuper manifestare ignotum sub logico artificio hoc est quod voces dispositae sint iuxta regulas praeceptorum a logica

ad naturam rei manifestandam vel per definitionem, divisionem aut argumentationem.

Hinc fit quod unica vox etiam si clare manifestet ignotum, non sit modus sciendi, cum unica vox a philosophis logicis nequeat subiacere: fit deinde, propter evidentiam, quod non sit definitio, divisio, aut argumentatio, non sit dicendum modus sciendi, et non ubique est quod modus sciendi in praesenti usurpatur pro modo quo per eum logica ad dignoscendum quod sit res; sed non aliter modum praescribit logica nisi per definitionem, divisionem et argumentationem, quae sunt tres modi sciendi communiter accepti: ergo aliud quodlibet ignoti manifestativum modum sciendi logicum dicendum non est. Sane rixa est de nomine, in qua leviter in comparatione standum, cum praecipue specialis momenti rationem deviare non cogat.

Dices: modus sciendi definiri non potest, quia explicaretur idem per idem: probatur: quia modus sciendi explicatur per definitionem; sed definitio est modus sciendi: ergo modus sciendi explicatur per modum sciendi ergo idem per idem. Respondetur negando antecedens: ad probationem, concedo maiorem et distinguo minorem: definitio est modus sciendi in communi, nego: est modus sciendi in particulari, concedo. Et similiter distinguo consequens: ergo modus sciendi in communi explicatur per modum sciendi in particulari, concedo: per modum sciendi in communi, nego: ex quo sequitur non implicare mutuam inclusionem logicam in definito; genus enim modus sciendi in communi includit quasi genus et nominaliter species, et rursus includitur a definitione, quae est ipsius species; hanc definitio in particulari ipsius modi sciendi in communi claudit eius modum sciendi in particulari, nec sibi convenit praedicta definitio, quatenus definitio definitionis exponitur et sic probatur definitionem convenire definito.

Quaestio 2a.

Definitio definitionis exponitur.

et leges pro bona definitione deceruntur construenda.

Definiri ex Aristotele solet definitio oratio explicans essentiam rei: essentia autem rei sunt praedicata, quibus res constituitur et quibus primo positis, res intelligitur, positis intelligitur res, et quibus ablatis, vel aliquo eorum ablato, aut non intelligitur, aut saltem non intelligitur res: essentia rei appellatur quidditas rei, unde definitio essentialis, quae sola definitio logica est, dicitur definitio quidditativa, quia cum rogamus quid sit res, respondemus per definitionem praedicata essentialia rei manifestantem.

Obiicies ex nominibus quaedam male definiri definitionem per nomen oratio, quia oratio exigit plura verba: sed possibilis definitio quae in unico verbo consistat: ergo est possibilis definitio, quae oratio non sit. probatur minor: quia possibilis est res tam indivisibilis, ut unicum conceptum habeat explicandum: ergo per unicam vocem explicatur. Confirmatur: possibilis est res, quae non habeat genus, et differentiam, quia non implicat res, quae ita ab omni alia differat, ut cum nulla praedicatum conveniat, ut patet in ratione entis, quod ita differt ab omni non ente, ut cum illo non conveniat: ergo possibilis est definitio in uno vocabulo. Arguitur tertio minor a quinta argumentando nominibus: ipse enim fatetur, modus sciendi est oratio obscure cogniti manifestativa: sed definitio est modus sciendi: ergo definitio est oratio: ergo nulla definitio potest excludere rationem orationis, cum nulla possit excludere rationem modi sciendi: ergo definitio posita, ut debet, per orationem definitur, nam illa definitio quae in unico verbo consisteret non esset oratio: ergo non esset modus sciendi: ergo non esset definitio. probo hanc consequentiam: bene valet a specie generico, et in possibili negato ad negationem inferioris: ut si non est animal, ergo non est homo: ergo bene valet non est modus sciendi: ergo non est definitio.

Respondeo negando antecedens, ad probationem concedo maiorem, et nego minorem, ad probationem concesso, vel omisso antecedente, nego consequentiam, nam exacta illationem

non video, nam quod unicum conceptum explicandum sit non facit, quod per unicam vocem explicandum sit: patet: hic conceptus animal unicus conceptus est, explicatur tamen per hanc plurium vocum vivens, sensitivum, per hanc principium vitalis; ergo quod unicus conceptus sit explicandus, non tollit quod per plures voces explicetur. Ad confirmationem omisso ante, et illius doctrina, quae huius loci non est, nego cons. quia etsi indivisibile esset res, dummodo logice definienda foret per plures voces vel plures etiam conceptus mentales definienda esset iuxta artificio logicae definitionis, siquidem definitio logica compositionem mentalem partium exigit, et distinctionem partium essentialium ab essentialibus; et propterea hanc rationem Doctores Theologi in materia de scientia Dei non definiunt logice, etsi eam intuitive comprehendant, quia indivisibiliter cognoscunt componendo et dividendo, ut ad definitionem logicam requiritur. Ad finem argumenti hoc peto definitionem communi per unicam vocem et redderetur plurium hanc quod potest exterius apparere, non nam [illegible] convenit proprie ens ut ente in aliquo genere suspecto quod improprie conveniat ut ipsius definitio logica sit et constat genere, et differentia quod convenit in essentia divina quae contineri nullo proprie, et univoce cum creaturis conveniat, ut tanquam ostenditur, ideo logice definiri non potest essentia divina.

Dices primum contra nostram definitionem: definitio nostra convenit omnibus definitionibus. ergo convenit sibi ipsi: ergo ipsa definitur per seipsam; sed haec est implicatoria, quia si definitio conceptus definiretur non esset clarior quo definito cum requirat esse clarior ipsa: ergo definitio definiri nequit. Respondeo distinguendo ant. nostra definitio convenit omnibus definitionibus in communi concedo, communi omnibus definitionibus in particulari subdistinguo: convenit omnibus definitionibus in particulari tanquam definitio illarum, nego: tanquam ratio superior participata illarum concedo: unde distinguo consequens ipsa convenit sibi

ipsi, tanquam definitio sui ipsius, neque tamquam res superior respectu sui ipsius, Concedo. etenim nostra definitio est quaedam definitio in particulari; id autem quod definitur est definitionem communem, et inde est, quod nostra definitio non definiat se ipsam, sed ipsa distinguatur a definitione in communi, sicut definitio a definito: quod hoc exemplo liquebit: definitio animalis est vivens sensitivum, quae definitio convenit homini cum homo sit animal, et tamen illa definitio est definitio hominis: stat ergo bene, quod definitio conveniat alicui, cuius non sit definitio. ad reliquum argumenti aliud, clariorem esse nostram definitionem in particulari ipsa definitione in communi, quae est definitum per nostram definitionem, quod obvie dignoscitur: per vocem definitio, clarius tamen per vocem oratio explicans essentiam rei.

Dividere solent aliqui definitionem in physicam, et metaphysicam, physica ea dicitur quae essentiam rei explicat per partes physicas intrinsece realiter distinctas: ut homo est compositum ex anima, et corpore. metaphysica est, quae per partes metaphysicas intrinsecas identificatas essentiam rei explicat: ut homo est animal rationale. rursus definitio alia dicitur essentialis, seu quidditativa; alia accidentalis, sive descriptiva, illa est, quae rem explicat per praedicata essentialia, quibus illa res intrinsece constituitur, ut in supra dicta hominis definitione constat; et quidem huiusmodi proprie est definitio logica, et pro hac leges traduntur: accidentalis autem, sive descriptiva definitio potius ad Rhetores, et Poetas spectat: est enim explicatio rei per ipsius proprietates verbis redundantes: ut homo est animal inter omnia elegantius, admirabilius, cui os sublime, coelumque tueri datum est.

Leges, quas pro bona definitione exigunt, sunt, quod definitio debet esse clarior definito: nam ita debet esse supra attendentes, ut clarior evadat. Secunda sit 2.a definitum talem debere intrare definitionem: nam res intrinseca per quam definitur

explicantur, ut in hac definitione animal est vivens, anima-tum: sitque definitio debere constare genere, et differentia: idest rationibus aliquibus rei, quae definitur, cum aliis convenientia ipsa convenientibus, et differentia rei a ceteris per proximam differentiam ultimam demonstrantibus; genus similiter debet esse proximum, non remotum: unde est etiam inconveniens, et differentiae ultimae ut quae definiri possunt, quae te respectu entis vel eorum negatur bene ratio superior, sive generica, et in differentiae ultima absolute, quae bene convenientia cum aliis, non explicari possunt partes, quae generatim vivens generis vel clare eadem definitio.

2a. lex sit. Definitio omni et soli definito debet competere: quae lex adstrinxit? cum haec: definitio debet explicare totam essentiam rei, et nihil de non propria essentia rei: hinc fit, debere definitionem converti cum definito; idest, quod quidquid affirmatur de definito debeat de definitione affirmari (de definitione, inquam, obiectiva) et quidquid de una negatur, negetur etiam de alia ut homo definitur animal rationale: arguitur sic bene: est homo: ergo est animal rationale: est animal rationale: ergo est homo similiter negative arguitur. Quaestio 3a. de divisione eiusque legibus agit.

Quaestio 3a.
de divisione eiusque legibus agit.

Divisio est oratio totum in suas partes distribuens: ut hominis alia pars animal, alia pars rationale. hoc exemplo ducti Hurtado, et Arriaga et sine confundere conantur divisionem cum definitione aiunt enim: nam divisio, quam definitio explicant essentiam rei quia sive dicam homo est animal rationale, sive dicam hominis alia pars animal, alia pars rationale hominis essentiam declarant: ergo divisio non differt a definitione, sed probat argumentum prius

quia ex una particulari divisione totius est actualis et
metaphisica in partes actuales, et metaphisicas
inferre consclusionem idem repugnat:
repugnat cuivis usque divisionis; Tunc enim divisio totius
actualis in partes actuales, et metaphisicas obiective h. distinguitur a definitione,
aliquam autem divisionem dantur quae definitiones esse nequeant, qualis est divi-
sio hic totius potentialis in sua inferiora, ut viventis aliud est animatum
aliud inanimatum, quae nullatenus dicitur ab his doctoribus viventis definitio.
probatur 2º quia etsi idem obiective significaverint divisio, atque definitio, modus
tamen significandi longe dissimilis est, nam definitio explicat essentiam
illam componendo ex partibus: divisio autem explicat essentiam illam in par-
tes dividendo: sive divisio explicat essentiam per partes, in quas resolvitur.
definitio autem explicat essentiam per partes, quibus constituitur, et com-
ponitur: et hinc ad rationem dubitandi patet solutio.

Divisio potissime
dividitur in divisionem totius actualis, et divisionem totius potentialis, illa est
distributio totius in partes, quas exigit, et quibus actualiter constat quae
partes si physice sunt et inter se realiter distinctae, divisio est physica,
ut hominis alia pars anima, corpus alia: quod si metaphisicae partes
sint quibus constat dicitur divisio metaphisica; ut hominis aliqua pars
animal, alia rationale, divisio totius potentialis est distributio totius in
sua inferiora, quae actualiter non exigit, sed potest illa habere: ut animal
aliud rationale, et aliud irrationale. divisio, physica ea est, quae distri-
buit totum in partes realiter distinctas, dividitur alia in integrales,
et accidentales: illa est, distributio rei in partes, quibus totum integratur
ut hominis alia pars manus, alia pes alia brachium etc. hae
enim partes vocantur integrales respectu hominis accidentalis di-
visio est distributio totius in partes, quibus accidentaliter constat:
ut homo alius albus, alius niger. similes plures divisiones passim
invenies, quas sine frustra tibi paginis commendarem.

Vº. 2º praedicam

tione. Lex 1.a divisio debet esse adequata, hoc est tota membra dividentia debent comprehendere, sive adequare divisum, ut nullam illius partem praetermittant: ratio est: quia divisum, ut infra dicemus, importat aliquod saltem ipsius membrum sub distinctione: hinc est, quod illegitima sit haec divisio: viventium aliud homo, aliud Angelus: hominis alia pars corpus, alia unio: 2.a lex sit, unum membrum dividens in alio dividente includi non debet; ratio est, quia quodlibet membrum debet per se, et prohibere participare divisum: unde male haec divisio reprobanda est, quodquod A [illegible] animal aliud homo, aliud rationale; licet enim praedicari possit genus de specie, et de differentia, dividi tamen non potest ratione in species, et differentias speciei prohibentes rationem divisi. 3.a lex est: quodlibet membrum dividens minus pateat, quam divisum: ratio est, quia quodlibet membrum dividens includitur in divisione; unde inepta est haec divisio: equus alius est animal hinnibile, alius Bucephalus: cum aeque pateant, equus, et animal hinnibile: quod si aliquando aliquod membrum dividens latius patere videtur quam divisum, id contingit quoniam membrum dividens sub alia consideratione est totum potentiale, totum quam membrum dividens est pars actualis, ut patet in hoc [illegible] animal, in divisione: hominis alia pars animal, alia rationale: ubi animal non sumitur pro animali toto, sed pro determinato animali, quod est pars actualis, et metaphysica hominis.

Modi arguendi a divisio ad membra dividentia et e contra sunt: 1.a a toto actuali affirmato valet ad omnes partes affirmandas, et e contra, quia simul sunt; ut existit homo: ergo existit corpus, anima, et unio similiter: existunt corpus, anima et unio ergo existit homo 2.a a toto negato valet ad aliquam partem sub disjunctione negandam, et e contra, quia qualibet parte deficiente, deficit totum: ut non datur homo ergo vel non datur corpus vel non datur anima, vel non datur unio: similiter non datur vel corpus, vel anima, vel unio: ergo non datur homo. 3.a a toto potentiali affirmato valet ad aliquam ipsius partem subjectiva

sione affirmandus, et econtra ut est animal ergo hinnibile, s. non hinnibile econtra est hinnibile: ergo animal in tota vel aliqua parte negata adtotum negandum: ut non est hinnibile: ergo non animal; eius posit eum respicile nam totum potentiale in quolibet parte reperitur: a toto autem potentiali negato bene valet ad eius partem negandam, et econtra: ut non est animal: ergo neque hinnibile, neque non hinnibile: similiter econtra: neque est hinnibile neque non hinnibile: ergo neque animal. quaestio 4a de argumentatione modo sciendi praecipuo. Caput 1um breuis argumentationis noticia praemittitur

Quaestio 4a.

de argumentatione modo sciendi praecipuo

Caput 1um

breuis argumentationis noticia praemittitur:

Nobilissimus modus sciendi ille quem per discursum acquirimus, quique principaliter intenditur ad logicam ad de terminationem concernendam est argumentatio, quae definitur oratio in qua unum ex alio infertur denotatur ad argumentationem tria necessaria sunt, et ut ars. quod in syllogismis duplicatur per terminus unica non in ratione memorare: Consequens quod est id quod infertur ex antecedente: consequentia, quae est illatio unius ex alio sub his illationis signis, sicut natis igitur s. ergo quae uero earum notae rationabiliter ad distinctionem nam conditionales, et causales, quae aliquatenus indicant illationem: ut si sol lucet dies est, quia panis est homo est ad rationalitatem tamen solum virtualiter dicuntur argumentationes: ubi per logica illatione notabis, nunquam dis[?] eam in argumentatione sed s. neganda est, s. concedenda: ratio est, quia nunquam habetur per se aequi ualenti logica: quia s. datur illatio ex antecedente s. non datur. si datur concedenda est; si non datur neganda: hinc est quod quando negatur logica, non negatur immediate ueritas consequentis, sed illatio ex antecedente; unde negari possunt duae contradictoriae, quia neutra illarum infertur: ut in hac argumentatione panis est homo: ergo currit: concedis antecedens, et negabis logicam; quod si inferat ad contrarium ergo non currit negabis similiter logicam quia per illationem

Petrus est homo neque infertur quod currat, neque quod non currat infertur.

Dividi solet argumentatio in formalem et materialem. Haec est, in qua unum ex alio infertur ratione obiecti, non tantum ratione dispositionis terminorum; ut in hac argumentatione: Petrus est homo: ergo est risibilis, recte enim infertur quod sit risibilis, quia risibile convertitur obiective cum homine: quod si mutares terminum, et loco termini homo, terminum equus substitueres, nulla esset illatio: ut Petrus est equus: ergo est risibilis. Formalis argumentatio est, in qua unum ex alio infertur non ratione obiecti, sed ratione dispositionis terminorum: unde etsi termini mutarentur, dummodo eadem maneat terminorum structura, concluderet argumentatio: ut in ipsius structuram, terminorumque ordinationem in hac argumentatione formali, omnis homo est animal: Petrus est homo: ergo Petrus est animal: quam si retineas, etsi terminos invertas, sive materiam propositionum mutes, legitime concludet argumentatio: ut omnis homo est equus: Petrus est homo: ergo Petrus est equus, quia structura, sive forma praecipue intenditur logica, cum non curet de veritate, aut falsitate propositionum, hoc est de ipsarum materia, sed solum de recta inferendi methodo: unde praedicta argumentatio, etsi falsas propositiones materialiter contineat, logica et bona argumentatio censetur.

Hinc est quod olim antiqui logici, ut eorum commentatores, communiter, enthymema argumentationem materialem esse existimarunt; syllogismum vero argumentationem formalem: hoc vero iudicium valde mihi probatur, etsi non defuerint recentiores apud quos utrumque male audiat: aiunt enim aliqui, syllogismum quandoque esse argumentationem materialem, ut contingit in quibusdam, in hoc: omnis homo est animal: aliquod rationale est animal: ergo aliquod rationale est homo, in quo non infertur consequens vi formae quae non datur, sed vi materiae, idest vi connexionis, quam habent obiecta praemissarum cum obiecto consequentis: Verum tamen ipsi recentiores eum damnant, nam syllogismus, qui formam syllogismi praeceptis regulis stabilitam non observat, non syllogismus proprie sed abusive dicendus est: quod maxime patet in praedicto syllogismo

in quo ex minori sola infertur consequens multiter: nam
ex eo quod aliquod animal sit rationale infertur quod aliquod
rationale sit homo cum animal rationale convertatur cum homine
unde ad inferendum consequens superfluit illa maior, quod si esset
argumentatio falsa minime superflueret; dicendum igitur nonnullos
ex syllogismos legitimos esse argumentationes falsas, et ratio est quia omnis
syllogismus legitimus in qualibet materia in sua forma et terminorum
dispositione concludit, et infert evidenter consequens.

Alii ratio-
nibus addunt, enthymema posse esse argumentationem falsam, et pro-
bant: quia in qualibet materia propositio conversa infert convertentem:
deinde termini infiniti ex parte praedicati affirmatis inferunt finitos
negatos: quae sunt argumentationes falsae: ut hoc enthymemate, nullus
homo est equus: ergo nullus equus est homo: petrus est non lapis: ergo petrus non
est lapis. res non magnam moram meretur, ideo eam libenter donamus ratio-
nibus.

Dividitur ulterius argumentatio in syllogismum, et en-
thymema: de syllogismo post modum admetendo quaestio, cum de illius vera
forma, praecipue sit ventura: enthymema est argumentatio, quae unica
propositione ante assumpta, ex qua infert aliam: ut petrus currit; ergo movetur.
Subdividitur enthymema in dilemma, inductionem, exemplum, et gradatio-
nem: dilemma, quod argumentum bicorne nuncupatur quia utrinque ferit,
et capit hostem: ut vel valebas, vel non valebas: si valebas, quare scholae
non interfuisti; si non valebas quare totum diem venatione impendisti. in-
ductio est progressio a singularibus sufficienter enumeratis ad suum supe-
rius, et exempla: ut petrus est animal, et paulus est animal etc. ergo
omnis homo est animal. exemplum est illatio unius ex alio propter pa-
ritatem rationis vel exempli: id est a fortiori, et dicitur: ut petrus logicus cum
esset, litteris et deo vacabat: ergo et paulus logicus vacare poterit
deo et litteris, vel abrupte: ut antonius equus ieiunat: ergo tu tamen potes
non ieiunare.

11 gradatio dicitur acervus, i. cumulus per gradus: ut Hispanus vincit francus, francus vincit hollandus ergo Hispanus vincit hollandus: hæc et similes argumentationes plerumque fallunt: ut petrus est amicus antonio, antonius est amicus ioanni: ergo petrus est amicus ioanni: et ratio est, quia intermedii termini casus obliqui, plerumque sunt, ut infra videbimus: quod si per casus rectos fiat gradatio, feliciter et recte concludet: ut, omnis homo est vivens: vivens est ens: ergo omnis homo est ens: et hæc parvo negotio ad 1am figuram reducitur. 4a figura quæ tribuitur Galeno: omittitur modo et quia inutilis est, et eidem commemorant. Caput 2um quædam argumentationis Monumenta exponimus

Caput 2um

quædam argumentationis Monimenta exponimus.

Primum est ex vero non nisi verum: id est: ex antecedente vero semper infertur consequens verum: ut petrus est homo: ergo est animal: ratio autem est quia antecedens semper includit consequens; sed verum nequit includere nisi verum: ergo antecedens verum semper infert consequens verum, et numquam falsum. probatur: antecedens est quasi totum respectu subalternorum suorum consequentium: sed totum respectu subalternorum verum nequit continere subalternum nisi verum: ergo antecedens verum non potest inferre consequens nisi verum. hinc fit, quod bene valeat ab affirmatione antecedentis ad affirmationem consequentis, et a negatione consequentis ad negationem antecedentis: ut est homo: ergo animal; non est animal ergo non est homo: quod aliis verbis dicitur quod bene valeat ab opposito contrario, vel contradictorio consequentis ad oppositum contradictorium vel subcontrarium antecedentis: nam si oppositum consequentis verum est, ipsum consequens falsum est; quod si consequens est falsum, falsum etiam erit antecedens, et oppositum antecedentis verum: ut aliquis homo currit: ergo aliquis homo movetur: sed nullus homo movetur ergo nullus homo currit, vel ergo aliquis homo non currit: non tamen valet ab opposito contradictorio consequentis ad oppositum contrarium antecedentis

ut omnis homo currit: ergo Petrus currit; sed ex hoc Petrus non currit non infertur: ergo nullus homo currit; neque item valet ab opposito antecedentis ad oppositum consequentis; ut est homo: ergo animal: non valet non est homo: ergo non est animal: quia non quidquid repugnat antecedenti, repugnat consequenti. Hinc etiam ortum habent vulgata illa proverbia: quidquid ponit antecedens, ponit et consequens: ex quocumque sequitur antecedens, sequitur et consequens: quidquid ex consequenti infertur, ex antecedenti deducitur: et ratio omnium est, quia quodcumque consequens includitur in antecedenti, ex cuius visceribus deducitur.

Secundum argumentationis elementum: ex falso aliquando verum, aliquando falsum: quod non ita intelligendum est, ut falsum admittatur tanquam falsum; nam ex falso ut falso nihil infertur, cum intellectus falso ut falso assentiri nequeat: debet ergo falsum admitti ut verum, id est sub specie veri; ita quod falsum quod infertur etiam sub specie veri inferatur: quo pacto accuratiores magistri principium hoc explicant, et assumunt: et ratio est: quia falsum quodcumque infertur, infertur vi praemissarum falsarum, quae admittuntur ut verae; sed in praemissis falsis, quae admissae sunt ut verae, admittitur etiam consequens ut verum: ergo falsum quod ex falso infertur, sub specie veri infertur: ut in hoc syllogismo patet, omnis homo est equus; lapis est homo: ergo lapis est equus ubi sequitur negari consequens, quia in praemissis continetur: unde ex falso admisso ut vero falsum etiam admissum ut verum infertur. Infertur etiam ex falso specificative verum: et ratio est, quia totum potest esse falsum per falsitatem alicuius partis, manente alia parte vera, sed ex toto infertur quaelibet pars: ergo potest inferri verum: ut omne animal est homo: sed Petrus est animal: ergo Petrus est homo: ecce ex toto falso infertur consequens verum.

Ex hoc principio sic exposito oritur vera alterius expositio, huius scilicet: ex impossibili sequitur necessarium, contingens, et impossibile: et ratio est, quia ut aliquod antecedens sit impossibile sufficit, quod aliqua ipsius pars sit impossibilis: sed

possint aliquae partes esse contingentes, aliae necessariae: ergo potest in-
ferri tam contingens, tam necessarium, tam impossibile: exempla sint:
omnis lapis est ens: petrus est lapis: ergo petrus est ens: ecce ex impossibili se-
quitur necessarium. item: omnis lapis movetur: petrus est lapis: ergo petrus
movetur: ecce ex impossibili sequitur contingens. denique: omnis equus est rationalis
lapis est equus: ergo lapis est rationalis: ecce ex impossibili sequitur impossibile.
intelligendum tamen est hoc principium sicut et superius, de impossibili ad
minus ut possibili; quia si ut impossibile admittatur, quomodo ad inferendum ulterius con-
cedatur quis progredi potest, cum nequeat admitti aliquid ut verum. qui
admittit aliquid ut impossibile est sub conditione suae impossibilitatis.

Respondetur
ex necessario sequi non potest nisi necessarium: quia quod necessarium est,
ex omni parte necessarium est, alioquin ex vero posset inferri falsum, nam
impossibile est falsum, et contingens potest esse falsum. denique: ex contin-
gente contingens, et necessarium inferri potest; non impossibile. probatur prima
pars: quia aliquod totum contingens tamen potest ex una parte
contingenti, et alia necessaria, sed ex toto infertur quaelibet pars; ergo
ex toto contingenti inferri potest necessarium, et contingens; insuper con-
tingens connecti potest cum necessario, sicut existentia creaturae quae con-
tingens est, connectitur cum existentia Dei, quae est necessaria: unde va-
let: ex hoc enim contingenti, Deus et creatura existunt ad hoc con-
sequens necessarium, ergo Deus existit. 2a pars probatur: quia contingens
nequit connecti cum impossibili, nam quidquid connectitur cum impos-
sibili est impossibile: deinde, si ex contingenti sequeretur impossibile, ex vero
posset inferri falsum cum contingens possit esse verum, impossibile au-
tem semper est falsum.

Ad extremum nota, quod quando di-
ximus ex falso inferri verum aut ex contingenti necessarium, intel-
ligendum est esse verum ut tale aut necessarium ut tale; sed quod
secundum se est verum, aut secundum se est necessarium, et ratio est, quia
antecedens falsum ex vi sua falsi non potest esse causa veri; nec contin-

gens ut contingens sit petit quod necessarium: solum enim petit aliud falsum quod requirit ut falsum sit, et aliud contingens quod requirit ut contingens sit: similiter intelligendum est cum diximus, ex impossibili sequi posse necessarium, et contingens. quaestio 1a de syllogismo eiusque artificio. caput 1um materia, forma, et figura, quibus assurgit syllogismus statuit.

Quaestio 1a

de syllogismo, eiusque artificio.

Caput 1um

materia, forma, et figura. quibus assurgit syllogismus statuit.

Definitur ex Aristotele syllogismus argumentatio, in qua quibusdam positis aliquid aliud infertur vel probatur ea quae posita sunt. nomine terminorum ex quibus argumentatio notentur propositiones, quibus constare syllogismus quarum 1a maior, 2a minor, 3a consequens nuncupatur. priores propositiones dicuntur etiam praemissae, quia antecedunt consequentem, et ex illis positis consequens infertur. terminus ulterior in qualibet praemissa duos reperimus terminos, subiectum, scilicet et praedicatum: unum autem ex his terminis qui vocatur medius syllogisticus, bis in praemissis collocatum non autem in consequenti: in consequenti reperies coniunctos duos terminos quos minime in praemissis coniunctos unquam videbis: hi autem termini extremi termini vocantur, qui in praemissis cum medio identificantur, et in conclusione inter se: ut certum in hoc syllogismo: homo est animal, petrus est homo: ergo petrus est animal: in quo terminus homo est medius, qui repetitur in maiori, et in minori; termini animal autem et petrus qui in conclusione coniunguntur extremitates syllogismi sunt.

§. Materia syllogismi est id ex quo conflatur syllogismus, alia est remota, nempe termini, quibus componuntur propositiones: alia est proxima, scilicet propositiones ipsae, quibus immediate assurgit syllogismus. forma autem est, recta coordinatio propositionum ad concludendum, id est ad inferendam conclusionem in qua tum materia

sua falsa sua vera sint dicta: de quo vero syllogismus nunc est figura est recta dispositio medii syllogistici; quae triplicitur potest disponi medium in praemissis triplex figura sequitur. 1a ita quod medium in maiori subiiciatur, et in minori praedicetur, et haec est 1a figura: ut: omnis homo est animal, petrus est homo; ergo petrus est animal. 2a, ita quod medium in utraque praemissa praedicetur, dicitur qui syllogismus in 2a figura: ut: nullus homo est leo omne rugibile est leo ergo nullum rugibile est homo. 3a denique; ita quod medium subiectum sit in utraque praemissa quae est 3a figura ut: omnis homo est animal omnis homo est risibilis ergo aliquod risibile est animal pro quo commendandae memoriae ex versu hoc singulas figuras ipsa apta ipsius amplectitur.

~ Sub, prae prima secunda bis prae 3a bis sub:

apud dialecticos figura [illegible] bus [illegible] 4a [illegible] secunda, sed ad 1a perfectionem reducitur, si minor et maior invicem sedes mutent. si quis autem similia dignum sit examine ad topicam remitto, hic etenim absque doctrina utura id praestamus in his tribus figuris variis modis fabricantur syllogismi. modus ergo syllogismorum dicitur recta dispositio propositionum secundum quantitatem, et qualitatem modi unde 19 numerantur quos suis figuris respondentes per Barbara dictionem incipientes in Barbara plura di[illegible] de [illegible] patienter ausculta.

1a Barbara, Celarent, Darii, Ferio, Baralipton
Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum.
2a Cesare, Camestres, Festino Baroco. 3a Darapti.
Felapton, Disamis, Datisi Bocardo, Ferison.

1a igitur figura novem modis amplectitur quorum 4a primi perfecti dicuntur, 5a reliqui imperfecti: in quibus [illegible] vocalis [illegible] habenda est 4. [illegible] et 5a in Baralipton, et frisesomorum [illegible]

dicuntur autem modi perfecti 4or primi 1ae figurae, qui conclu-
dunt directe, hoc est quia in conclusione maior extremitas de ex-
tremitate minori praedicatur; reliqui autem 5 modi 1ae figurae
indirecte concludunt, quia in conclusione minor extremitas de ma-
iori praedicatur, et ideo imperfecti dicuntur; cuius exemplum est
dis eximen cuique in modis Darii, et Dabitis, qui ad eandem fi-
guram pertinent, 3us namque perfectus est, imperfectus vero 2us; hic
syllogismus est in Darii: omnis homo est animal, aliquod vivens
est homo; ergo aliquod animal est vivens: ecce in Dabitis: omnis
homo est animal; aliquod vivens est homo; ergo aliquod vivens
est animal: quia vivens, quae maior extremitas est, pro subjecto
respectu extremitatis animal praedicatur de illa.

Nota deinde
praeterea, nos vocales cuiuslibet modi esse has A, E, I, O, ut in aliis
quorum vim hac ita colliges; A denotat universalem affirmativam, E uni-
versalem negativam, I particularem affirmativam, O particularem negati-
vam propositiones scilicet, continet A et E; cum autem dicimus vocales
I et O denotare propositiones particulares, non excludimus propositiones singulares;
hae enim propositionibus particularibus etiam substituuntur, et quaeque illarum ratio ha-
benda est: ut omnis homo est animal, Petrus est homo; ergo Petrus est animal,
qui est in Darii, perfecteque concludit, licet duas singulares propositiones
pro particularibus contineat.

Dedimus supra in hoc capite
exempla syllogistica in plurium figurarum congruentia, ex quibus si vis
evolutius notionem, exempla alia etiam tibi proponi curavi aut ...
... et ab exteris patet cuique in quolibet modo qualibet
... figurae syllogismos invenies.

Pro 1a figura

Barbara: omnis homo est animal: sed Ricardus est homo; ergo Ricardus est animal
Celarent: nullus equus est homo: omne hinnibile est equus; ergo nullum hinnibile est homo
Darii: omnis homo est rationalis; aliquod risibile est homo; ergo aliquod risibile est rationale

Ferio: nullus homo est equus; petrus est homo: ergo petrus non est equus.
Baralipton: omnis homo est rationalis: omne risibile est homo: ergo aliquod rationale est risibile.
Celantes: nullus homo est equus; omne risibile est homo: ergo nullum risibile est equus.
Dabitis: omnis homo currit: petrus est homo: ergo aliquod currens est homo.
Fapesmo: omnis equus currit: nullus homo est equus: ergo aliquod currens non est homo.
Frisesomorum: aliquis homo est animal: nullus equus est homo: ergo aliquod animal non est equus.

Pro 2a figura

Cesare: nullus equus est homo: omne animal rationale est homo: ergo nullum animal rationale est equus.
Camestres: omnis homo est animal: nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est homo.
Festino: nullus homo est pennis volans: aliquod animal est pennis volans: ergo aliquod animal non est homo.
Baroco: omnis homo est rationalis: aliquis lapis non est rationalis: ergo aliquis lapis non est homo.

Pro 3a figura

Darapti: omnis homo est risibilis: omnis homo est rationalis: ergo aliquod rationale est risibile.
Felapton: nullus homo est equus: omnis homo est rationalis: ergo aliquod rationale non est equus.
Disamis: aliquis homo currit: omnis homo est risibilis: ergo aliquod risibile currit.
Datisi: omnis homo est animal: aliquis homo est albus: ergo aliquod album est animal.
Bocardo: aliquis equus non est homo: omnis equus est corruptibilis: ergo aliquod corruptibile non est homo.
Ferison: nullus equus currit: aliquis equus est albus: ergo aliquod album non currit.

Caput 3um

Syllogisticos cardines explorat.

Firmissima duo, [illegible] ipsa clarissima principia pro syllogismis commendata nobis intulit Logica, quae vocamus cardines, quibus tota syllogistica machina innititur: plures ea principia bene amplectuntur, non male explicant; alii excogitarunt alia omnino [illegible] principia; ut [illegible] de ea [illegible] nobis [illegible] affluant; quae ergo [illegible] inter [illegible] cuius [illegible] examinemus. 1um igitur principium est dici de omni, quod ita explicant. Conciliatores, quod quidquid affirmatur de aliquo superiori [illegible] affirmatur etiam de quolibet inferiori contento sub illo. sed hoc explicatio principii [illegible] abstractiva impugnatur, ex eo quod communiter [illegible] principia non sunt ad hoc syllogismos conficiendos, [illegible] in syllogismis

universalibus, nobis quibus universalibus constantibus, ut in Bar-
bara, non dantur infinita, de quibus non universaliter distributa sunt
ex affirmativis: ergo non est sufficiens pro hac syllogismi praedictum prin-
cipium. Item expositorius, nempe syllogismus expositorius, qui ideo
constant quibus singularibus, ut patet est hic homo, hic homo est
animal: ergo patet est animal rationale, singulare, non datur universalis
distributiva sumptus: ergo nec praedictum debet habere principium.
Caeterum
Arriaga ipse quilibet praedictas explicationes impugnaverat, pro-
priis aliud unum ex iis quae dicunt alii syllogismi fundamentum sta-
tuit, nempe quae sunt eadem uni tertio sunt inter se eadem. Sed fallit
Arriaga, et suae exceptionis nationem convincit: quia praedictum principium
universale non est, nec sufficiens ad omnes syllogismos: patet: quia dantur syllo-
gismi negativi, in quibus conclusio est negativa, sed in his non
dantur duo quae sunt eadem uni tertio, et inter se. Ergo praedictus syllogismus
non est sufficiens illud principium: patet minor in hoc syllogismo 2ae figurae
in Baroco: omnis homo est animal, lapis non est animal: ergo lapis non est homo
in quo neque conclusio, lapidem, et hominem esse idem tertio, neque lapidem
et hominem esse idem uni tertio: ergo etc.

Nos ergo praedictum principium dici
de omni amplissimo, explicamus pro syllogismis quibuscumque affirmativis
ita: quodquod affirmatur de aliquo sive distributo, sive capax distributionis
sit, affirmatur etiam de identificato cum illo: dicitur si capax distributionis
sit, ut nos singulares non excludant. Omnes, et exclusive, et affirmando haec
principium ex eo probatur quia ad quemcumque syllogismum affirmativum decla-
rat; nam omnis syllogismus affirmativus a sufficienti conclusione ut in conclu-
sione infertur universale identitas: sed hoc minoris, si quod affirma-
tur de uno termino sive distributo, affirmatur de eo identificato cum illo. Ergo
hoc patet in hoc syllogismo: omnis homo est animal, Petrus est homo: ergo Petrus
est animal: si enim in maiori affirmatur de homine, quo est maior termi-
nus syllogismi, terminus medius syllogismi esse animal: ergo de eo identificato

cum homine debet comparari animal; sed petrus identificatur cum homine, et consequenter inconveniens; ergo recte deducitur in conclusione identitas animalis cum petro.

Contra hoc principium dici debet primo: de contradictionis [illegible], quae fiunt eadem uni tertio, sunt idem inter se, quod elicitur accipiendum est si tertium non distribuitur. [illegible] tertium [illegible] non distribuatur, falsificatur principium in ipso Deus et natura divina: ut: Deus est pater, filius est Deus; ergo filius est pater: distributio quae debet tertii distributionem, quae [illegible]: unde nam Deus, et natura divina distribui debet pro omni quidquid, non importat [illegible] quod non est terminus universalis, sed mixtus: unde ita formaliter [illegible] [illegible] quidquid est Deus est Pater; filius est Deus; ergo filius est pater certum erit fallacia.

Similiter huiusmodi 2um principium pro syllogismis negativis: dici de nullo: idest, quidquid negatur de termino distributo, negatur etiam de identificato cum illo: et [illegible] est cum deus, quod in primo [illegible] negatur de termino distributo, negatur etiam de eo quod est ipsius. sed quod quod est ipsius identificatum, [illegible] negatur de identificato cum ipso. hinc [illegible] principium aliud, scilicet [illegible] [illegible], quando duo extrema, et unum identificatur cum aliquo tertio, et alterum non identificatur, non identificantur inter se: nam si equus [illegible] rationali, et homo identificatur cum rationali; [illegible] quod equus et homo disconveniunt, [illegible] identificatur inter se [illegible] principium huius syllogismi in Celarent [illegible]: nullus equus est rationalis; omnis homo est rationalis; ergo nullus homo est equus.

Ex his alia inferuntur principia pro syllogismis; 2um ex [illegible] negativis nihil sequitur [illegible] pater, quia ex eo quod duo extrema disconveniunt a tali quod [illegible] non sequitur quod inter se disconveniunt [illegible] quod animal et rationale disconveniunt a lapide, sequitur quod disconveniunt inter se; patet ergo hic syllogismus: nullus homo [illegible]

rinoceros: nullus equus est homo: ergo nullus equus est rinoceros. 2.a:
ex puris particularibus nihil infertur, quia cum terminus particularis
indifferens sit, ut pro uno, vel pro alio usurpetur, potest in una
praemissa supponi pro uno et in alia pro alio: unde non concludit
syllogismus, quia ex eo quod duo identificantur cum duobus diversis
non sequitur identificari inter se: vitiosus igitur est hic syllogismus: aliquod animal est equus: aliquis homo est animal: ergo aliquis homo est
equus: quod si terminus particularis notetur aliquo signo determinante
eius eadem subiecta, recte concludet syllogismus: ut: aliquis homo
currit: sed hic aliquis homo est albus: ergo aliquod currens est albus;
item si termini singulares pro eodem subiecto in utraque praemissa suppo-
nantur, recte concludet syllogismus: ut: petrus est albus: petrus est aliquod
animal: ergo aliquod album est animal. ratio convincens est, nam propositio de-
terminata ad unum singulare perinde se habet ac universalis.

Tertia: quando una
praemissa est particularis, et altera universalis, conclusio est par-
ticularis, et quando una praemissa est affirmativa, et altera ne-
gativa, conclusio est negativa, iuxta commune proloquium conclusio
sequitur deteriorem partem. ratio 1.i est: quia in conclusione inferuntur termini
non, vel distributio extremitatum iuxta conditionem, vel distributionem quam ha-
buerunt in praemissis cum medio: sed quando una propositio est particula-
ris, coniunguntur particulariter inter se extremitates cum medio in
praemissis: ergo in conclusione particulariter debent coniungi: aliter plus
inferretur in consequenti, quam quod continetur in praemissis: et
distribuerentur termini in conclusione, qui in praemissis non fuerunt distri-
buti: unde deficit hic syllogismus: omne risibile est homo: aliquod
animal est risibile: ergo omne animal est homo. ratio 2.i est: nam quando
una praemissarum est affirmativa, et altera negativa, una extremitas
identificatur cum medio, et non altera: sed quando una extremitas identifi-
catur cum medio, et non altera, neganda est identitas extremitatum inter se
in conclusione: ergo conclusio debet esse negativa: patet in hoc syllogismo

nullus homo est equus: petrus est homo; ergo petrus non est equus. Caput 3um oppositis quibusdam regulis vitia syllogismorum panduntur.

Caput 3us

Oppositis quibusdam regulis, vitia syllogismorum panduntur.

Prima lex syllogismi: tribus et non pluribus terminis constare debet; ratio est: quia totum artificium syllogisticum eo respicit, ut inferatur connexio vel disiunctio extremorum inter se ex connexione, vel disiunctione cum tertio [illegible] terminis; quod si 4 termini darentur, iam inferentia non posset: cum ex eo quod unum extremorum coniungatur cum uno 3o et alia cum alio, non infertur identitas extremorum inter se: peccat ergo hic syllogismus: Baetis est iuxta Cordubam: hispalis est iuxta Baetim: ergo hispalis est iuxta Cordubam.

Secunda lex: medius terminus maneat sub eadem [illegible] praemissarum; ratio est: quia mutato quolibet termino propositionum variatur earum sensus; sed quando diversus eorum conclusionis ac [illegible] praemissarum [illegible], non infertur conclusio ex praemissis; ergo [illegible] substantia syllogismorum vitia. 1o: si non servatur [illegible] majoris: verbi gratia claudicat homo: omnis homo claudus sedet: petrus est homo ergo petrus sedet; quod si ex medio minoris [illegible] non [illegible] ergo omnis homo sedet: petrus est claudus: ergo petrus sedet: similiter de casu obliquo diversitas. 2o: si medius sit aequivocus [illegible] ergo omnis canis latrat: sidus est canis: ergo sidus latrat: similiter obliquo vario suppositio fallit syllogismus: verbi gratia quidquid est antonii possidetur ab antonio: hic liber est antonii: ergo possidetur ab antonio: [illegible] pro [illegible] liber [illegible] pro [illegible], et domino: 3o si modo praesupponenda [illegible] pro accidenti [illegible] medius: verbi gratia quidquid emisti comedisti: sed emisti carnem crudam; ergo carnem crudam comedisti.

Quarto sita

vitio suppositionis medii: ut animal est genus, petrus est animal: ergo petrus est genus, ubi medium animal ibi simpliciter, ibi personaliter supponit. item. hi apostoli sunt 12. dicis petrus est apostolus: ergo dicis petrus est 12: ubi medium hi apostoli variat suppositionem copulatam in determinatam. quinto si variet ampliatio: ut omnis canis mordet, canis marinus est canis: ergo canis marinus mordet. Sexto si variet appellationem mutatam: ut capra est mater: capra est tua: ergo capra est mater tua ubi tua in minori appellat suppositionem possessionis; et in conclusione suppositionem naturalem. Septimo. si variet ibi habitualiter pro significato, ibi materialiter pro se ipso supponit: ut deus est ubique, ubique est adverbium: ergo deus est adverbium. Octavo: si medium non distribuitur vitio: ut quod petrus est non est paulus, id petrus est rationalis; ergo paulus non est rationalis: vitio enim medii distributio falsa est maior. Nono: si ad speciem vera esse maior; apponitur: ergo maior falsa, i. si ad speciem negetur, quod maior est affirmativa: ut quidquid non amisisti habes: cornua non amisisti: ergo cornua habes in quo maior est falsa cum supponat aliquem habuisse quod non amisit: item Lex equus l. non est equus id non est equus: ergo est equus: maior videtur negativa sed re vera affirmativa est, aequivalet huic id non est non equus, l. huic id est non equus.

Tertia lex sit pro extremitatibus: ne in conclusione distribuantur extremitates, quae in premissis distributae non fuerunt: ratio est: quia debent eiusdem suppositionis extremitates in conclusione quam habuerunt in premissis; unde si in premissis determinate supponunt extremitates distribui nequeunt in conclusione quare hic syllogismus defectuosus est: omnis equus est generabilis: omnis equus est substantia: ergo omnis substantia est generabilis: quia extremitas substantia in premissis determinatur et in conclusione distribuitur. debet ergo concludi: ergo aliqua substantia est generabilis. Eadem ratione similiter defectuosus est hic syllogismus negativus: omnis homo est substantia, nullus leo est homo ergo nullus leo est substantia ubi in conclusione extremitas substantia distribuitur ratione signi universalis negativi nullus. praeterea alia

syllogismorum, quos solvis ipse te docuit, eorum quas etiam solvere
docentis ipsorum vitia audes. Caput 4um reductio sillogismorum osten-
diva.

Caput 4us
reductio sillogismorum ostendit.

Si quid negocium hic utili-
tatis importat, id equidem praecipuum laborum fastidio, et involutis
ambagibus complexum praestiterunt Doctores, experientia testante, propo-
siti reductionis norma ubi acrae disputationis calentibus licuit.
redimimus, cui labori sedere videmur ut patet. Examinatis-
simis commentis ne diutius quisquilias aberremus: modos
4or primos 1ae figurae modos perfectos seu directos nominamus,
praecipue, quia ita evidenter concludunt, ut 1 ipsis ingerant
assensum veritates; reliquos vero 3 figurarum duplex mediti
et imperfecti, qua etiam et asymmetriz. sive argumentatu, ut dicunt
subsistunt, nec concludunt, ni eam perenti adeo demonstrationem
ut perfecti: Laboris ergo erit, et industriae imperfectionem
modos ad perfectos reducere, et negationis 1. praeteribus 1. ignoran-
tiae apertae ignominia castigare. Haec autem reductio dicitur per
ostensionem, quia ostendit malitiam negationis in locum.

Pro qua osten-
siva reductione nota, 4or modos perfectos incipere ab his consonis
B, C, D, F, a quibus etiam incipiunt reliqui duo modi
cuiusvis figurae: quia notatur modus imperfectus reducendus esse
ad eum modum perfectum, qui eadem initiali littera incipit.
unde Baralipton ad Barbara; Celantes, Camestres, et Cesare ad Cela-
rent: Dabitis, Disamis, et Datisi ad Darii: Fapesmo, Festino,
et cetera ad Ferio reducendi sunt: exceptis tantum Bocardo, et Baroco
qui non nisi per impossibile reduci possunt, ut infra videbimus.
Nota deinde, in omnibus modis imperfectis inveniri interaliquas
has consonantes s. P. M. C. quarum significationes hic con-

mina proponunt.

V simpliciter vertⁱ vult. S. P. vero per accⁱ.

M. vult transpoⁿ: C. per impossibile ducⁱ.

Explico: littera S. denotat propositionem cui antecedit convertendam esse simpliciter, mutato scilicet praedicato in subiectum, et subiecto in praedicatum: P. denotat propositionem cui antecedit convertendam esse per accidens, mutato scilicet subiecto in praedicatum, et praedicato in subiectum, et mutata etiam quantitate. M. indicat, esse faciendum propositionem cum altera praemissa commutandam esse ita quod maior fiat minor, et minor maior: C. denotandos in quibus reperitur quintum modum Baroco, et Bocardo reducendos esse per impossibile.

Ad exemplum ostensivae reductionis formandum communiter adducitur modum imperfectum 3ᵃᵉ figurae Fapesmo, in quo nos litteras P. S. et M. concurrunt, cum modus hic imperfectus reducatur ad litteram F pertinet ad modum perfectum Ferio: accipe ergo syllogismum in Fapesmo. Omnis homo est rationalis: nullus lapis est homo: ergo aliquod rationale non est lapis: si ergo vis respondere, ut reducas syllogismum ad Ferio a dendi, littera P. subsequens ad Fa, quae denotat propositionem maiorem universalem affirmativam, quae correspondet vocali A convertendam esse per accidens hoc pacto: aliquod rationale est homo: rursus post E sequitur S, denotat quod propositionem universalem negativam correspondentem litterae E convertendam esse simpliciter sic: nullus homo est lapis: demum littera M, quae est in Fapesmo, indicat, propositionem maiorem in minorem commutandam et e contra: quod praestabis, si minorem conversam simpliciter loco maioris ponas, et nullus homo est lapis, deinde maiorem conversam per accidens in minorem, ita aliquod rationale est homo, formabis ergo sic clarissimum syllogismum in Ferio: nullus homo est lapis: aliquod rationale est homo: ergo aliquod rationale non est lapis: negativam ergo semper a parte deducas.

hic adverte primo quod

ralipton quod ut ipsa regula conversionis in parte syllogismo particula-
rem affirmativam converti per accidens et universalem affirmativam
in eum reduci potest ad Barbara, in quo modo syllogismus est universa-
lis fuit per accidens conversus ipsius conclusio affirmativa parti-
cularis in affirmativam universalem, ut ex universali affirmativa
deducatur affirmativa particularis negata: ut hic syllogismus
est in Baralipton: omnis homo est rationalis sed admirativum est homo:
ergo aliquod admirativum est rationale; tunc P. quae est in Baralipton
petit conclusionem esse convertendam per accidens, quae conversione ex
vi materiae facta hoc pacto ergo sed admirativum est rationale, formatur
hic syllogismus verus in Barbara: omnis homo est rationalis: sed omne ad-
mirativum est homo: ergo omne admirativum est rationale ex qua conclusio-
ne universali infertur hic: ergo aliquod admirativum est rationale quae
fuerat negata.

Reductio altera est per impossibile, quae fieri debet, quoties
revocato syllogismo imperfecto ad aliquem modum ex 4or perfectis, te-
nentur respondens duas contradictorias, seu contrarias simul veras admittere
quod est facultas praestantem meminerimus, ad quem ex perfectis reliquo-
rum quisque reducendus esset epigramma hoc dialectica musa con-
scripsit.

V. Barbara Felapton, Fapesmo, Baroco, Bocardo.
Vertit, et illatum cum praeside docet.
V. Celarent, Disamis, Datisi, Fesino, Darapti.
Comprobat hos inter et Baralipton erit.
V. Vult Darii Frisesom, Camestres, cumque Ferison.
Celantes, Ferio Cesare, Datisi amat.

Tres porro traduntur regulae pro hac reductione, quas his etiam car-
minibus veteres commendarunt.

V. In prima istam contradictoria maior
2 esto: prior maior ponatur, cede minori.
2 excipe Celantes, in quo est inversus ordo.

Servat maiorem, variatque secunda minorem.
Tertia maiorem variat, retinetque minorem.

Ut vidimus pro simplici figura simplex regula traditur quam sic explico: 1a regula pro prima figura docet; quod si negetur in aliquo ex ipsius imperfectis modis conclusio illius contradictoria ponenda est pro maiori, et maior quae fuerat, pro minori: unde colligetur contradictoria s. contraria alicuius conseq.: ut proculdubio syllogismus in Fricaso ut aliquis homo est animal nullus equus est homo: ergo aliquod animal non est equus negat adversarius totum: impugnes tunc et contradictoriam infere: ergo omne animal est equus, quam adversarius negare concedit, s. duas contradictorias simul falsas admittere: nam formalis syllogismus in Darii posita hac contradictoria pro maiori, et maiori antiqua conversa pro minori, et eliciens totum evidentes, oppositam contradictoriam minori conseq. in primo syllogismo: ut: omne animal est equus sed aliquis homo est animal: ergo aliquis homo est equus, quae conversa simpliciter, nempe, ergo aliquis equus est homo, est contradictoria minori conseq. in primo syllogismo, scilicet nullus equus est homo.

Exige Celarent in quo sic incurrit adversarius, nempe in hoc modo contradictoria conclusionis negatae sit minor, et quae minor fuerat, sit maior: ut nullus homo est equus: omne animal rationale est homo: ergo nullus equus est animal rationale: contradictoria huius, quam infers, haec est, ergo aliquis equus est animal rationale: formaliter hoc pacto syllogismus in Darii: omne animal rationale est homo sed aliquis equus est animal rationale: ergo aliquis equus est homo quae conversa simpliciter est contradictoria maioris in primo syllogismo conseq.

Pro 2a figura 3a sit regula: retinenda est rursus maior praemissa syllogismi, et contradictoria conclusionis negatae pro minori collocanda, unde infertur contraria s. con

tradictoria minoris conseq; ergo fit in celarent syllogismus: nullus equus est homo: sed rationale est homo: ergo nullum rationale est equus: negato consequenti subinfertur: ergo aliquod rationale est equus: et fiet syllogismus in ferio: nullus equus est homo; sed aliquod rationale est equus: ergo aliquod rationale non est homo, quod est contradictoria minoris conseq. in 1° syllogismo.

Pro 3a figura 3a fit regula: contradictoria consequentis negati ponenda est pro maiori; minor autem antiqua semper retinet locum, inferetur ergo in consequenti contraria maioris in priori syllogismo conseq: fit exemplum in Darapti: omnis homo est animal: omnis homo est rationale: ergo aliquod rationale est animal: negato consequenti subinfertur: ergo nullum rationale est animal: formetur ergo nunc syllogismus in Celarent: nullum rationale est animal sed omnis homo est rationalis: ergo nullus homo est animal quod profecto est contraria maioris in 2° syllogismo conseq. nempe omnis homo est animal.

Restinguerent auditores mei de reliquis syllogismis quibus narrarem saltem aliquid deberem: scilicet de syllogismo [illegible]sitorio, modali, et expositorio quibus dissensionibus alii paginas replent, et quasi turbidi perplexa et doctrina vaga conterunt scribentes, i. calamos improbo sudore defatigant vexentque suos auditores aliis importunis praeceptis; de vobis etenim tantum mihi polliceor ut semel tradita iterum inculcare superfluat: scitis, syllogismus expositorius illum dici qui medio singulari gaudet; scitis insuper, quod modalis propositio sit et quotuplex ex positionibus; ex quibus tam modalis, quam expositorius syllogismus assurgit: et ... demum sanctas leges syllogismis omnes congruere: quod ergo vos monere?.

Sed iam prope finem mediis animus quod investigantes nimia videamur aliquando in portu ferme naufragium: age ergo inveniendi medium ...

requirit; et si quaelibet ars totum possit habere virum hactenus.
ars arte a multo comparatur. Feliciter igitur non inveniendam reperta
est ab aliquibus sublimis ingenii pennis, et assidua
excitationis remis fulmen hoc, tot stupendis
famosum relictis asinis ponte inadversum litus
feliciter patet nobis. id vobis contingat
auditorum favente genio, Deo fortunante
incolume almi humanique nominis gloria
quam omnis lingua confitetur, et personat ubique.
Probatur 2a pars et probo: Nam cognitio inadaequata non requirit comparationem tanquam adaequatam, et unicam formam distinctionis rationis. ea cognitio requirit comparationem tanquam adaequatam formam distinctionis rationis, sine qua intelligo naturam unum, et idem obiectum non esse intentionaliter idem; sed possum intelligere unum, et idem obiectum non esse intentionaliter idem absque tali cognitione inadaequata; ergo eam requirit comparationem tanquam adaequatam formam distinctionis rationis. Maior est omnino probata. Minor probatur: absque comparatione adaequata [illegible] cognitione inadaequata intelligere [illegible] non esse intentionaliter eundem cognitum [illegible] cognitione: ergo intelligere possum unum, et idem obiectum non esse intentionaliter idem absque tali cognitione inadaequata, excludente quantitative adaequatam. [illegible] in sequenti conclusione explicabitur.

Sit 2a conclusio: Cognitio adaequata obiecti est tantum duplex cognitio inadaequata, quarum una attingit obiectum inordinate [illegible], et alia inordinate [illegible] possum opinione esse distinctionem rationis. Vera aliquos diceret duplicem cognitionem omnino esse necessariam ad distinctionem rationis; sed aliter dicendum, [illegible] ad distinctionem rationis unicam inadaequatam cognitionem sufficere: ad [illegible] huius nostrae conclusionis [illegible], [illegible] [illegible] distinctionis rationis cognitio adaequata obiecti simpliciter, et realiter indi-

entitatibus, quas praecisive dicit attingit quae res obiectum; comprehensi-
one ac adaequatione cognitionis, atque non in obiecto exprimitur, non est quali-
ter, qualiter est cognitio divina, per hanc enim cognitionem non solum
intentionaliter in se ipsa, et attingit ad distinctionem rationis quae
vel adeo omnino aberramus. Secunda conclusio, quae ipsa
ex mathematicis sumitur est num. 8. adest, ideo cognitio divina non
comprehendit distinctionem rationis in obiecto, quia perfectissime et adaequate
attingit quidquid attingit. Tertia conclusio adaequata cognitio vel
adaequata est, perfecta tamen, cum sint aliquae cognitiones creatae
distinctae, quarum quaelibet est inadaequata et sunt partialiter proportionatae
cognitiones nec sunt [illegible] distinctivae in Deo tantum, cum nulla sit ratio
divinae scientiae quae est perfectissima, et adaequatissima omnibus
exhauriat totam cognoscibilitatem obiecti: solum vero ad minimum cognitae
quatenus, quae sit realiter duplex, cognoscibilis inadaequata inade-
quatione cognitionis.

Probatur conclusio 1a: per illam cognitionem adaequatam,
[illegible], operatur intellectus circa easdem entitates ad diversas
rationes; sed illa cognitio, per quam intellectus operatur circa easdem entita-
tes ad diversas rationes, est distinctio rationis: ergo illa cognitio adaequata
ut [illegible] est distinctio rationis. maior est evidens, minor
vero [illegible] ex illis cognitionibus defert intellectus hominis, quas
cognoscit ut animal ad operationes sensitivas, et praedicatis re-
fert eundem hominem ad operationes rationales, quae operationes di-
versi [illegible] sunt. minor probatur: illa cognitio per quam
intellectus refert hominem ad diversas rationes; est [illegible], per quam
[illegible] homo dicitur intentionaliter [illegible]: ergo est distinctio rationis: probatur
antecedens: illa cognitio per quam intellectus refert hominem ad diversas ra-
tiones, sensationes nempe, et rationis est [illegible], per quam homo cognitus
in ordine ad sensationes dicitur intentionaliter [illegible], et est
[illegible], per quam homo [illegible] cognitus in ordine ad rationalia dicitur
intentionaliter animal: ergo est [illegible], per quam homo dicitur inten-

sionaliter ideo: ergo ratio per quam distinguitur a se homo a se ipso.

Probatur 2° consequentia: ea cognitio est ratio sufficiens distinctionis rationis, per quam eadem res apparet alia, et alia intellectui, ut quidem explicant: sed per illam cognitionem adaequatam idem homo apparet alius, et alius intellectui: ergo. Probatur minor: per illam cognitionem homo cognitus ut animal apparet ita animal, ut non appareat rationalis, et in quantum homo cognitus ut rationalis ita apparet rationalis, ut non appareat animal: ergo apparet idem homo alius, et alius intellectui.

Probatur 3° consequentia: si intellectus reflectat supra illas cognitiones inadaequatas, quae componunt unam adaequatam, cognoscet quidem unam formalitatem obiectivam tantum formaliter ab una cognitione non esse aliam formalitatem obiectivam formaliter ab alia cognitione: ergo cognoscet vi illarum cognitionum unam formalitatem obiectivam non esse aliam: ergo cognoscet ab illis cognitionibus factam esse distinctionem unius formalitatis obiectivae ab alia formalitate eiusdem obiecti: ergo cognoscet factam esse distinctionem rationis, et ea duplici cognitione esse distinctionem rationis: hinc est, quod Deus cognoscens hanc duplicem cognitionem animal rationale, quam ego habeo de homine, cognoscit quidem me facere distinctionem rationis, licet ipse non faciat. Probatur 4° si praeter aliquid ea cognitio adaequata, ut a nobis statuitur, non esset distinctio rationis, maxime quia non esset cognitio imperfecta, et praecisiva; sed est imperfecta, et Deus in ea caret, cum duplex sit, quarum quaelibet formaliter non extrahit totam cognitionem obiecti, et est praecisiva, imo duplex praecisiva ex modo tendendi in obiectum: ergo etc.

Dices: illa cognitio adaequata, ut a nobis statuitur, aequivalet cognitioni simplici adaequatae; sed cognitio simplex adaequata non est formaliter distinctio rationis: ergo nec nostra adaequata potest esse. Respondeo distinguendo maiorem: illa cognitio adaequata ut a nobis statuitur aequivalet cognitioni simplici adaequatae quoad

adequationem totius cognoscibilitatis obiecti secundum maiorem: quia ad
motum talis adequationis, neque maiorem etiam cognitionem
praeter adequatam, quae adequat cognoscibilitatem obiecti, et eo modo
intelligendi in obiectum attingendo obiectum etiam, hoc est, non dividendo
in unam perfectionem obiecti ab alia, et ita non praescindendo unam
ab alia: neque tamen alias cognitio adequata ex modo suo tendendi
in obiectum attingit obiectum ut plura, hoc est, dividit formali-
ter unam perfectionem obiecti ab alia, non enim per realitatem
cognitionis, quae attingit ex parte actus rationale, attingit formaliter
animal, sed per duas realitates diversas cognitionis, quarum quaelibet
formaliter praescindit.

Dices: in illa cognitione adequata sim-
plici dari habitus (explicantem animal), et habitus explicantem rationale: ergo illa cog-
nitio adequata simpliciter erit distinctio rationis sufficiens. ante est
verum: probatur consequentia: illa habitus explicans animal, et non ex-
plicans rationale est praecisiva superioris rationis, et similiter forma-
litas explicans rationale, et non animal: sed per nos cognitio ade-
quata omnino duplici praecisione est sufficiens distinctio rationis:
ergo illa cognitio adequata simpliciter erit distinctio rationis. unde in
fieret distincta cognitio simpliciter, et adequata esse distinctionem
rationis, et formaliter praecisivam. Respondeo distinguendo maiorem: in illa
cognitione adequata simpliciter dari formalitates explicantem animal,
et formalitas explicans rationale praescindentes animal a rationali, nego
antecedens: dari formalitates praecisas, et praescinditas per aliquas cognitiones
concedo antecedens: ratio est, quod in illa realitate cognitionis potuit intellectus
ut praescindere duas formalitates, quarum una refertur ad animal,
et alia ad rationale; aliud tamen est, quod ipsae formalitates quae prae-
scindunt ante intellectum praescindant suum obiectum: primum erga
verum est minime: quod patet in divina cognitione relata ad
hominem, in qua ego possum praescindere plures formalitates quarum
una attingat rationale, alia animal, alia admirationem

et etiam quia ipsa cognitio divina habeat has formalitates praescindentes, ut eas habeat formaliter: requiritur autem ad distinctionem rationis, quod cognitio formaliter praescindat, non quod praescindat, aut praescindibilis sit. Caput 3.um confirmat doctrinam praecedentem argumentorum solutione.

Caput 3.um

Confirmat doctrina praecedens argumentorum solutione

Ad fundamentum ex praedictione proxime quaedam praenotanda essent. Primum est: cognitio hominis per hanc cognitionem *animal* attingit etiam rationale, et quidquid identificatur ex parte obiecti cum homine, ut per modum unius termini obiective cognitum; sed ex suo modo significandi illa cognitio non exprimit rationale ut tale. Secundum est: fundamentum ad distinctionem rationis petitur in ipsa entitate hominis, et partim in ordine ad diversos terminos, ad quos referri potest idem homo. Tertium est: per hanc cognitionem attingitur *animal rationale*, quae partim a nobis praecisione, non solum dicitur homo cognitus ut animal aut cognitus ut rationale; verum etiam homo a singulis formalitatibus, quae exprimuntur a singulis cognitionibus inadaequatis: et ratio est, quia talis homo cognitus ut animal rationale refertur ad diversos terminos, ac refertur per istam cognitionem *animal* ..., et per istam *rationale* ...: refertur enim cognitus ut animal rationale ad totam collectionem terminorum, simul ... ex ratione, ad quam collectionem non refertur homo per quamlibet cognitionem distinctam; dari formalitates distinctas ex opere intellectus; ex parte obiecti non dari alia, et alia formalitas.

Arguitur 1.o: non requiruntur diversa connotata, ad quae referri potest eadem entitas ut distinctio [illegible] rationis: quia non sufficit [illegible] in cognitione praecisiva referente eandem entitatem ad diversos terminos. Ans. multis probatur: 1.o quia [illegible] ea connotata non dantur ut in albedine, quae [illegible] cognitiones

esse ut quantitas, s. ut color. 2º: quia non quaelibet connotata sufficiunt ad distinctionem rationis, ut videre est in definitione, et definito, quae non distinguuntur ratione; sed habent diversa munera, quibus tum comparantur duo nempe logice, alterius altera claritas: ergo diversum munus non sufficiunt. 3º: quia requirunt connotata, distinctio potius est realis, quam rationis, quod probatur: quia requirunt distinctionem in extremis realiter distinctis: ergo probatur ans.: unitas hominis simul cum operationibus sentiendi distinguitur realiter ab unitate hominis simul cum operationibus rationalibus: sed exigit distinctionem in extremis: ergo exigit distinctionem in extremis realiter distinctis: ergo non distinctio rationis, sed realis. 4º: si ex operatione, et ratiocinia; alia imperfecta animalia, et ex Angeli, omnes rationales debent imperfecta praeter hominem, et logicae enunciationes hominem esse animal, praeter illas logicas distinguunt sufficienter animalitatem omnino a rationali: ergo diversa praedicata intentionalia, diversaque connotata necessaria non sunt ad distinctionem rationis. His, et aliis rationibus innumeris moralibus, ut aiunt, recentiores de Philosophia, et Theologia communis sententia nostra, quae et saepe scriptis impetita, et contrariorum festive [illegible], nunquam labefacta.

Respondeo igitur negando ans. ad cuius probationem nego similiter assumptum: quia [illegible] non dant diversas operationes, ad quas referri possit, quatenus [illegible] est; et quae color; dant in diversis terminis, in quibus comparatio [illegible] abstrahuntur, ita quod diversus terminus attingat, cum quo comparatur, quo ut quantitas cognoscitur, ac ut quo color attingitur; ut enim supra notavimus [illegible] [illegible] unam fecunditatem implicite possunt considerari, et dari terminos [illegible], quod habet pro fundamento ad distinctionem rationis fecunditatem habere aliquid duplicis proprietatis, quae in pluribus entitatibus distincta reperitur; nempe in quantitate, et in colore: referri ergo potest, dum cognoscitur ut quantitas, praeter ad alias quantitates,

et ideo cognoscitur ut color ad alium colorem, quibus circumstantiis
refertur tamen potest ut qualitas ad subiectum, quod ut qualitas
concipitur, et ut color refertur potest ad potentiam visivam, cuius
obiectum est, cum plures diversae formae, ad quas refertur potest
eius albedo.

Ad 2.um autem probationem nego non sufficere
quaslibet diversa connotata ad distinctionem rationis: ad id quod
additur de definitione, et definito obscuro, dico, non sequi
hoc esse diversa, quod sit definitum obscurum attingitur per istam
definitum formale *homo*, et definitio obscura significat per istam
definitionem formalem *animal rationale*, quia tunc attingitur idem obiectum
ad iisdem terminis relatis: si non reflectere comparationem intellectum hominis
cum definito, et definitione formalibus, hoc est, cum illis duabus cogni
tionibus, una clara, et altera obscura, quarum idem homo
est cognoscibilis per unam claram definitionem formalem, et per aliam
obscuram definitionem formalem, possunt quidem dari distinctionem rationis,
cum idem homo ad diversos terminos, sive ad diversas cognitiones, quibus attingi
potest, comparabilis sit.

Ad 3.am probationem in antecedenti negando
et consequentiam probationis, dico cum subsumptione in maiore: entitas homi
nis simul cum operationibus sentiendi distinguitur realiter ab enti
tate hominis cum operationibus rationis. quoad intrinsecum,
sive quoad rem, nego maiorem; quoad res extrinsecas, transeat
etiam maiorem: concedo: sed extrinsecum respectu ab entitate homi
nis distinguitur quidem realiter, tamen entitas hominis quoad
intrinsecum semper eadem est realiter, et intellectum
dicitur intrinsece, et realiter eadem sub distinctionis, et exercet
intrinsece, ~~[illegible]~~ ad 4.um respondeo ad minorem hipo
thesis, et aliis, et negando consequentiam: intellectus enim cum dicit cognitio
inadaequata hominis, quae refert hominem cognitum ut animal
ad sensationem intellectus intrinsece non, sed tantum ut aliquam

inconferunt homo cognitus ut rationalis, cum implicite supponat cognitionem hominis ut rationalis: ut autem referatur absque homo cognitus ut animal ad sensationem, non requiritur, quod sint realiter complexe, sed quod possint esse obiectum, et terminum, ad quem referri possit intellectus homo cognitus ut animal, ad quem non referatur, sive referri possit homo cognitus ut rationale: data enim hac cognitione homo est animal, quae licet comprehensiva sit, et inadaequata, datur negatio quod homo intentionaliter non est id, quod intentionaliter fuisset(?), neque potest esse reale ut supra.

Arguitur 2o: implicat quod tota hominis entitas attingatur absque, quod sit distinctio aliqua, et non attingantur omnes termini talis entitatis: sed male explicuimus distinctionem, nisi per hoc, quod eadem entitas attingatur in ordine ad hos terminos, et non in ordine ad illos: probatur antecedens: tota entitas hominis est ordo realis ad omnes suos terminos, sed ordo realis ad omnes suos terminos cognosci non potest, nisi omnes illi termini cognoscantur: ergo implicat totam entitatem hominis cognosci, et non cognosci omnes illius terminos. Confirmatur: haec propositio est falsa, homo cognoscitur in ordine ad sensationem, et non cognoscitur in ordine ad ratiocinium: ergo attingi debent omnes termini, ad quos refertur totus homo. probatur antecedens: in homine idem est ordo ad sensationem, et ordo ad ratiocinium: sed falsum est unum ordinem sine alio cognosci: ergo in ordine ad omnes terminos cognosci potest eadem entitas hominis per quamlibet cognitionem.

Respondeo negando antecedens: ad probationem tota maiori, nego minorem: et ratio est, quia potest cognosci ordo realis non ad omnes terminos, quia cognoscatur res in ordine ad omnes suos terminos: non cognosci ordinem est cognoscere illam entitatem, quae materialiter, et realiter est ordo ad omnes suos terminos; cognosci tamen in ordine ad terminos est modus specialis cognoscendi rem, illam comparando cum suo termino: sicut cognoscere hominem ut animal reale, est cognoscere illam entitatem, quae est ordo realis.

tialis dependentiae a Creatore; non tamen comparatur per illam cognitionem cum Creatore, a quo essentialiter dependet, unde non cognoscitur in ordine ad Creatorem. Ad confirmationem negamus consequentiam illius probationis, immo verissimam eam autumamus; licet enim unus ordo sine altero cognosci nequeat, quia materialiter, et realiter idem sunt, tamen potest cognosci ordo, quin cognoscatur ut ordo, qua cognoscitur ordinatus ad ordinem, non est praecise cognoscere ordinem, sed cognoscere comparando illum formaliter cum suo termino. Alia argumenta, postquam praecisionem objectivam viderimus, explodemus. Quaestio 3a utrum distinctio rationis fiat per praecisionem ex parte objecti? Caput 1um Dominicanorum sententia exponitur, et rejicitur.

Quaestio 3a

Utrum distinctio rationis fiat per praecisionem ex parte objecti.

Caput 1um

Dominicanorum sententia exponitur et rejicitur

§ 1us

Dominicani tamen aspirarunt sententiam, ut existimant, contra nostrum argumentum requirendae objective ipsa objecta, itaque praecisionem, sive inadaequationem non se tenere solum ex parte cognitionis, quae solet praecisiva formaliter appellari; sed etiam ex parte objecti cogniti, quae vocatur praecisio objectiva: ita quod intellectus quando praecindit, et dividit objective hominem v.g. in duas partes, quarum unam cognoscit per hanc cognitionem *animal*, quin alteram cognoscat; aliam per istam cognitionem *rationale*: unde, inquiunt, haec formalitas *rationale* praecisa manet objective ab ista formalitate *animal*, eo quod per istam cognitionem *animal* non attingat objective rationale. Videntur Thomistae seu Discipuli, praecipue Joannes a Sancto Thoma, et Cursus ex Calceatorum Complutensium: existimant multi talia valde esse haec super difficultatis articulo Divi Thomae mentem: pluribus enim in locis favere videtur praecisionibus

objecti; plures etiam praecisiones habebit formales, sive ex parte actus, videtur admittere, et obiectivas agnoscere, ut advertit Pater Quiroga disp. 3a. metaphysicae: nobis illas agnoscit pro praecisionibus formalibus Divi Thomae testimonium opusculo 1° in principio, quod apud Ioannem de sancto Thoma invenitur lega[illegible] bus sic pro talibus ex innumeris nostris proferemus: auctoritas Doctor Angelicus praecepit: distinctio inter attributa divina neque ex parte ipsius Dei, sed in conceptionibus intellectus in quibus est diversa ratio eorum significata substat: ubi manifestum est, loquitur Divus Thomas de distinctione rationis, quae non in ipso obiecto intrinsece, sed in ipsis conceptibus, quae diversimode significant eandem rem, vidam existimat, quidquid aliter intelligat comminiscuntur.

Ante impugnationem huius sententiae praemittendum fuit, in quo differat sententia haec obiective praecisionem admittentibus [illegible] Thomistis, qui docent cognoscentem animal non totum hominem, sed partem illius cognosci, asserimus nos totum hominem cognosci obiective, et non attingi ad omnes suos gradus: asserunt illi, distinctionem rationis esse praecisionibus, et inadaequatam praecisionem ex inadaequatione objecti; asserimus nos, esse praecisionibus, et inadaequatam solum praecisione, et inadaequatione cognitionis: asserunt ipsi, hanc praecisionem obiectivam resultare in obiecto ipso post operationem intellectus, et minime dari a parte rei, ne eius statibus tribuantur continere; asserimus nos, minime resultare talem praecisionem obiectivam post operationem intellectus in ipso obiecto intrinsece, licet per suam extrinsecam denominationem [illegible] cognitionem immutari negamus intrinsece objectum. Scilicet huius sententiae impugnationem adoriamur.

Impugnatur praecisionem obiectivam Thomisticam: supposita identitate reali inter animal, et rationale in homine, ut supponi debet, nequit

cognosci animal quin cognoscatur rationale: ergo nequeunt pr[ae]dicari de illo animal, et rationale: probo antecedens; nequeunt verificari de eadem entitate reali duo praedicata contradictoria; sed possunt verificari, si potest cognosci animal, quin cognoscatur rationale: ergo nequit cognosci animal, quin cognoscatur rationale in homine. maior patet ex evidenti illo principio, idem nequit esse simul, et non esse, quod falsum foret, si verificarentur praedicata contradictoria de eadem entitate reali. probatur minor: verificarentur de animali, quod cognosceretur, et de rationali, quod non cognosceretur; sed cognosci, et non cognosci sunt praedicata contradictoria; atqui animal, et rationale sunt eadem entitas realis: ergo.

Respondeo syllogismum

ista, quo male semper usi sunt adversarii, ex eo quod vanus dicitur esse ab syllogismis ad minus praecisionibus obvios: ex his enim idem inter se, quae sunt idem omnino; neque distinguuntur inter se ea, quorum alterum distinguitur ab uno tertio, alterum vero non: quod probatur in his syllogismis uno affirmativo, in altero negativo in Barbara: rationale est animal; sed cognoscitur rationale: ergo cognoscitur animal. rationale est animal; sed non cognoscitur animal: ergo non cognoscitur rationale, unde evidenter infertur, quod cognito rationali per hanc cognitionem rationale, et non cognito animali, fieri rationale non est realiter animal, scilicet eveniret in uno argumento dicta; ad minus enim praecisiones et ad minus dicunt in ea opinione sententia nostra infertur consequens, quod fieri nequit.

Mirum est quod effugia tenuerint, quae verbis sua latibula doctores praecisionum obiecere, ut vim huius argumenti, quod tamen tamen irrefutabile est, quomodo diluere doceant. Primo aliqui respondent, esse quidem inconvenientibus praedicata contradictoria extremis non distinctis realiter; quod veritati sua debitas, et non alteri tribuant, non est inconveniens, si atque

hec praedicata contradictoria cognosci, et non cognosci tribui diver-
sis formalitatibus; nempe animali et rationali; praeterea quia non ve-
rificarentur talia contradictoria de eadem formalitate. Probatur consequentia
contra 1°: illa formalitas est identificata realiter cum alia: ergo quid-
quid convenit uni convenit alteri; et consequenter argumentum
ipsorum factum. Contra 2°: si possit convenire uni, et eidem entitati
secundum diversas formalitates cognosci, et non cognosci: ergo etiam po-
terit convenire produci, et non produci secundum diversas formali-
tates, quod non admittunt adversarii: sed probatur illatio, sicut
produci convenit toti realitati, ita cognosci convenit toti reali-
tati; sed hoc non obstante potest eadem entitas cognosci, et non cog-
nosci secundum diversas formalitates: ergo poterit etiam produci, et non
produci secundum diversas formalitates.

Contra 3°: quia si possunt
verificari illa praedicata contradictoria non diversas formalita-
tes, quae proveniunt ab extrinsecis praecisionibus: ergo ante cognitionem prae-
cisivam, quae non dant formalitates, nequibunt convenire praedicata
contradictoria: est contra eosdem; sed praecisionibus obiectivis admis-
sis verificantur contradictoria ante cognitionem praecisivam quae non
dant formalitates diversas: ergo frustra recurrunt ad formalitates di-
versas. probo antecedens subsumptum: ante cognitionem praecisivam verum
est, animal posse cognosci cognitione animal, et rationale non pos-
se cognosci cognitione animal; sed posse cognosci cognitione ani-
mal, et non posse cognosci cognitione animal sunt praedicata contradic-
toria, quae conveniunt eidem realitati ante eam cognitionem praecisivam
rem: ergo. quia ut probat verificantur praedicata contradictoria
intrinseca, qualia sunt posse cognosci cognitione animal, et non
posse cognosci cognitione animal, adversus eos, qui recurrunt
ad meras obiectivas praecisiones convenire eidem entitati praedicata
contradictoria extrinseca, qualia sunt cognosci, et non cognosci;
et non intrinseca, quod optime impugnat Arriaga disp.

Impugno 2o. præcisiones objectivas: si darentur præcisiones objectivæ animal distingueretur intrinsece ante opus intellectus a rationali; sed hoc a Thomistis negatur: ergo non dantur tales præcisiones. probo majorem: admissis præcisionibus objectivis post operationem intellectus distinguitur intrinsece animal a rationali juxta illarum fautores: ergo etiam ante opus intellectus distinguuntur intrinsece. probo consequentiam: distingui intrinsece animal a rationali est denominatio intrinseca ipsius objecti; sed hæc denominatio intrinseca nequit provenire a forma extrinseca, qualis est cognitio: ergo si post operationem intellectus distinguitur intrinsece etiam ante operationem intellectus. Dices: distingui fundamentaliter intrinsece ante opus intellectus, et post operationem intellectus distingui formaliter intrinsece. Contra: ergo ante opus intellectus fundamentaliter intrinsece distinguitur animal a se ipso: probo consequentiam: ante opus intellectus distinguitur fundamentaliter intrinsece animal a rationali, sed ante opus intellectus rationale est ipsum animal: ergo ante opus intellectus fundamentaliter intrinsece distinguitur animal a se ipso, et verificabuntur hæc duo prædicata contradictoria intrinsece distingui fundamentaliter intrinsece et non distingui fundamentaliter intrinsece de eodem; ens etenim animal distinguitur fundamentaliter intrinsece a rationali, et non distinguitur fundamentaliter intrinsece ab animali.

Impugno 3o. et firmo hanc contra admissis præcisionibus objectivis distinguuntur intrinsece animal, et rationale ad cognitam præcisionem ex parte objecti: ergo mutantur intrinsece ab cognitionem præcisivam ex parte objecti: atqui est contra doctrinam, probo consequentiam: mutari intrinsece est habere aliquid intrinsecum, quod antea non habebat; sed ob cognitionem præcisivam ex parte objecti, habent animal, et rationale aliquid intrinsece

quod antea non habebat: ergo mutatur intrinsece vi cognitionum
comprehensivarum ex parte obiecti. minor probatur, quia vi cognitionum compre-
hensivarum ex parte obiecti datur inter animal, et rationale intrinse-
ca distinctio, quam ante ipsas comprehensiones obiectivas non ha-
bebant. ex quo duplex infertur absurdum: primum, quod a parte rei
sit ex natura, qualis est cognitio respectu obiecti, res immu-
tet intrinsece. 2um est, quod Deus intrinsece mutetur per ame-
rem [illegible], quo illum cognoscit ut divinum, quam illa cognitio [illegible]
omnis; cum enim mea cognitio comprehensionibus ex parte obiecti ha-
beat Deus aliquam intrinsecam distinctionem, quam antea non ha-
bebat, quod non admittent Thomistae. Dices: dari fundamenta-
liter distinctiones ante cognitiones comprehensivas; dari autem for-
maliter post cognitiones comprehensivas, unde non immutatur obiectum in-
trinsece. sed retorquetur argumentum: post cognitiones comprehensivas ex parte
obiecti obiectum habet intrinsecam distinctionem formalem intrinsecam, quam
ante non habebat: ergo mutatur intrinsece.

Impugnatur 4o ad-
mittendo comprehensionibus obiectivis animalitatis [illegible] distinguuntur for-
maliter intrinsece a rationalitate [illegible]; sed hoc absurdum non debent ha-
bere Thomistae: ergo non dantur comprehensiones obiectivae. probo maiorem:
admissis comprehensionibus obiectivis complexum ex animalitate, et ra-
tione ipsius cognoscente distinguitur intrinsece realiter a comple-
xo ex rationalitate, et ex eadem cognitione cognoscente animalitatem; sed
non distinguuntur realiter intrinsece unum complexum ab alio [illegible] cognitio
cum eadem sit: ergo ratione animalitatis, et rationalitatis: ergo distinguuntur rea-
liter intrinsece animalitas a rationalitate. probo maiorem: complexum
ex animalitate, et cognitione illam attingente est intrinsece
denominatio cognitum, cum animalitas, ut talis, vere per illam
cognitionem cognoscatur; sed complexum ex rationalitate, et ex eadem cognitione
non est intrinsece denominatio cognitum, cum rationalitas per illam
cognitionem non cognoscatur: ergo unum complexum realiter intrinsece ab

alio distinguitur: quod per aliquam partem alterius complexi quae realiter intrinsece distinguatur ab alia parte alterius complexi: sed hoc non est cognitio, quae eadem est in utroque complexo: quamvis diversa, et realitas, quae sunt aliae partes utriusque complexi. ex quo argumento etiam subinfero, quod diversis complexis convenire esse denominationem cogniti, et non esse denominationem cogniti, quae sunt praedicata contradictoria intrinseca, nam esse denominationem cogniti est praedicatum per identitatem intrinsecum illi complexo: quod deinde complexo realiter convenit praedicatum per intrinsecum, et ipsius negatio. Cognitum Pater Lince, et formula specialis impugnant.

Caput III

Pater Lince, et formula specialis impugnantur.

§ 1.

Pater Ricardus Lince lib. 8. Dialecticae disp. 9. c. 8. ad superiorem argumentationem cognoscit, et de altera responsione tanquam insufficienter explicata, propria ipsius solutionem ad libros metaphysicae remittit. innuit tamen, quod licet praedicata contradictoria non possint convenire respectu eiusdem realiter, seu naturaliter eiusdem possunt convenire eidem realiter respectu diversi modo [illegible] virtualiter multiplicis, et diversi. quod si enim animal distinguitur realiter naturaliter a rationali, ideoque possunt [illegible] et verificari de illis per fictionem praedicata contradictoria, sicut quae distinguunt in divinis filiatio, et essentia divina realiter virtualiter, verificant haec praedicata contradictoria, filiatio producitur, essentia divina non producitur. quam opinionem [...] modum amplexi sunt multi aliqui, et antiqui plures thomistae, quibus adhaeret formula metaphysicae c. 3. et alibi, communiter quasi 4. ... articulo. qui appellant hanc virtualem realem distinctionem

tionis fundamentum distinctionis rationis.

Haec est summa doctrinae nostrae: tenemus nos licet praecisiones objectivas, tam divinae aeternitatis, et eas, quas in divinis, et humanis formalitatibus in re tuendi saepe docuit, tum et Deus ipsas objective praescindentes omnia relationibus divinis praecisionem inadaequatam vero adaequatam defendit. Et aeque quod de hac sententia omnia ex aliqualiter exprimens, quia hucusque haec non est ad quaerendum, nempe distinctio virtualis actualis inter perfectiones creatas, solum inter indigentes praecisione in creatis concipere, hanc distinctionis virtualis realis, cum propter imperfectionem alterius modi rationis limitationis, quod humanus intellectus subsistit, et obsequium captivamus intellectus, cum in divinis admittere cogamur, ut contradictoria ante operationem intellectus se producit, non producit communicari, non communicari de perfectionibus divinis realiter identificatis verificamus.

Constituimo deinde quod etiam si admittatur distinctio virtualis realis in creatis, saltem in divinis admitti debet. Non esse admittendas praecisiones objectivas neque in creatis, neque in divinis: consequenter autem, non inferri praecisiones objectivas, ex eo quod contradictoria aliqua virtualiter distinguat, ut ostendit. Hoc autem breviter probabo, ne in alienas theologicas metas saltus impares, et genus proprium mittere videamur: pro quo suppono distinctionem virtualis realis, ut communiter definitur, esse aequivalentiam unius realitatis entitatis pluribus realiter distinctis ad subeundam, et verificandam aliqua praedicata contradictoria, in qua definitione videndum est non esse talem aequivalentiam ad omnia, et quaelibet contradictoria verificanda, sed ad ea solum, ad quae verificanda, scilicet formaliter distinctis nulla praedicata requirantur, scilicet divina ratio infinita perfectionis aequivalentia ad sub-

unde hec indifferentia produci, et non produci in eadem realiter entitate; non tamen datur equivalentia ad realiter (?) unde hec existere; et non existere; esse, et non esse: hoc supposito

probatur 1º:

etiam si distinguantur realiter virtualiter perfectiones creatae ut animal, et rationale adhuc sunt una actualiter entitas: ergo distinguuntur realiter virtualiter non possunt praescindi obiective a cognitione, ex terminis non sententia, consequentia probatur: non possunt praescindi obiective illa entitas, cuius si aliquid cognoscit, totum cognoscit, sed si sit una actualiter entitas, quando pars illius cognoscitur, tota entitas cognoscitur: ergo etiam si virtualiter realiter distinguantur, impossibilis obiective praescindi; probatur minor: si sit una actualiter entitas, qui pars illius cognoscitur, cognoscit, quod est actualiter illa pars; sed illa pars est actualiter tota entitas: ergo si sit una actualiter entitas, qui unam partem cognoscit totam entitatem cognoscit. Confirmatur: etiam si distinguantur virtualiter realiter formalitates eiusdem non sunt una, et alia actualiter, sed virtualiter: ergo non datur ex parte obiecti una formalitas actualiter cognita, et alia actualiter non cognita, et requiritur ad praecisionem obiectivam: probatur consequentia: quia non datur ex parte obiecti una, et alia formalitas actualiter, datur ex parte obiecti eadem formalitas actualiter; sed quia ex parte obiecti datur eadem formalitas actualiter, nulla una formalitas actualiter cognita, et alia actualiter non cognita, alias daretur ex parte obiecti alia, et alia actualiter formalitas, contra nos distinctionem virtualem: ergo non datur ex parte obiecti una formalitas cognita actualiter, et alia non cognita actualiter: ergo neque praecisio obiectiva.

Probatur

2º, et immediatius ad veritatem conclusionem, quod datur fundamentum ad distinctionem virtualem intrinsecam, non requiritur fundamentum ad praecisionem obiectivam in praesenti materia necessaria: ergo ex distinctione virtuali realiter non arguitur distinctio

praescindibilia ex parte obiecti. probo ant.: etiam si darentur praecisi tamen fundamentum ad distinctionem virtualem in eadem praecisa deitatis realitate possent verificari haec contradictoria convenire et non convenire, differre et non differre, sicut de animalitate, et rationalitate, non exinde daretur in eadem realitate capacitas ad recipienda haec contradictoria cognosci, et non cognosci; sed haec capacitas ad haec contradictoria est fundamentum ad praecisionem obiectivam: ergo etiam si darentur fundamentum ad distinctionem virtualem in creatis, non tamen ad distinctionem obiectivam praecisivam. maior vero constat: praedicata enim data fundamentum ad distinctionem virtualem, habebunt de eadem realitate verificarentur illa contradictoria; quia daret fundamentum ad verificanda haec existere, non existere: ergo non exinde quod detur capacitas ad illa contradictoria, scilicet convenire, non convenire, detur capacitas ad quaecumque contradictoria. ergo neque infertur quod detur capacitas ad haec, scilicet cognosci et non cognosci.

Confirmatur: quia haec non habet ex eo quod detur in divinis fundamentum, et cogat fides admittendam capacitatem ad verificanda haec contradictoria producere, non producere de eadem realitate, datur fundamentum ad haec verificanda existere, et non existere: ergo non ex eo quod detur fundamentum in creatis, et cogat evidentia rationis admittendam capacitatem ad verificanda haec contradictoria convenire et non convenire, datur fundamentum ad verificanda haec cognosci, et non cognosci. Confirmatur 2.: in divinis solum datur fundamentum, et capacitas, ad verificanda ea contradictoria ad quae verificanda cogit fides: ergo in creatis solum dabitur fundamentum, et capacitas ad verificanda contradictoria ad quae cogat ratio; sed nulla est potest; nam ex eo quod cogatur rationalis ad verificanda haec convenire, et non convenire, quae

sufficiunt ad distinctionem virtualem, quae sufficit ad verifi- 71
canda haec cognosci, et non cognosci, quae requiruntur ad
distinctionem ex parte obiecti praesuppositam: ergo etiam sunt funda-
mentum ad distinctionem virtualem in quantum non inde inferat
dari fundamentum ad distinctionem ex parte obiecti praesuppositam.

Confirmatur:
fundamentum datur a parte rei, ut etiam si duo sint realiter
actualiter distincta, adhuc negetur verificari de illis haec
contradictoria cognosci, et non cognosci: ergo potest dari funda-
mentum a parte rei, ut etiam si duae formalitates sint realiter
virtualiter distinctae, non inde inferatur posse de illis verifi-
cari haec contradictoria cognosci, et non cognosci: antecedens patet
in relativis, quae sunt omnino aliter correlativa, quae etiam si sint
actualiter realiter distincta, adhuc negetur de illis verificari
haec contradictoria cognosci, et non cognosci, cum correlative
correlativa necessario sint simul cognita: ergo si distinctio
realis actualis non est a parte rei fundamentum evidens, ut dicatur
capacitas in distinctis realiter ad haec praedicata cognosci, et non
cognosci, neque distinctio virtualis, quae minor est, erit funda-
mentum evidens capacitatis in formalitatibus virtualiter dis-
tinctis ad recipienda haec contradictoria cognosci, et non cognosci.

Haec probatio
probat: minor distinctio requiritur ad verificanda haec contradic-
toria cognosci, et non cognosci, quae ad haec communiter contradicto-
ria; sed ad haec sufficeret distinctio virtualis realis ergo
illa. Confirmatur: qui admittit distinctionem virtualem realem affirmat
de animalitate, quod conveniat cum equo, et de rationalitate quod
non conveniat; ad omnia enim, cum tantum haec contradictoria affir-
mari, et non affirmari sit praecisio obiectiva: ergo admittenda distin-
ctione virtuali reali sit praecisio obiectiva praecedat in ratione:
affirmatio dicitur fundari de aliqua formalitate, et non de alia

Dividit obiectum in duas formalitates, affirmat unius de una formalitate, quod de altera non affirmat, ut animalitatem rationalis cum equo, rationalitatem non tenuit cum equo; sed divisibilitas obiecti in duas formalitates, est praesumenda ab ipso obiecto; ergo. Confirmatur: cognitio nostra ignorantiam praesupponit, qua unio hypostatica illa humanitatis Christi Domini; sed unio haec immediate terminatur ad personalitatem Verbi, et non tam immediate ad naturam divinam prout talis, ut tradunt Theologi in materia de Incarnatione: ergo similiter cognitio nostra potest terminari immediate ad animalitatem, et non tam immediate ad rationalitatem: cum sicut natura divina supponit distincta virtualiter a personalitate Verbi, ita rationalitas supponatur virtualiter distincta ab animalitate. Maior videtur certa, cum cognitio nostra subtilior, et immaterialior sit quam unio hypostatica, haec enim modus physicus est, illa vero modus intentionalis, qui magis a materia, et corpore elevatus creditur.

Respondetur negando maiorem; quia ut magis distinctionem acquirit ad hoc ut aliqua possint cognosci, et non cognosci, quia ad hoc produci, et non produci plane defendo: ratio mihi est: quia in Trinitate divina opinabilis ex fide divina tenendum est, verificari haec produci et non produci de eadem simplici entitate absque distinctione actuali reali; at quia realis affirmativa est, non verificari posse contradictoria, quae sint super realis verificari non cogat, absque distinctione actuali reali, ne inferatur non identitatem extremorum tollere ex identitate ex terminis cum uno tertio: hoc posito, contradictoria rationis cognitionis damus nos, non possunt verificari illa contradictoria cognosci, et non cognosci de eodem obiecto absque distinctione actuali reali; ut potissimum super realia fideli dari Doctores docent posse verificari haec produci, et non produci absque distinctione actuali reali: ergo a minori, sed longe

materiae requiritur distinctio ad hoc verificanda cognosci
et non cognosci, quia ad hoc produci et non produci, quod est
ad veritatem contradictoriorum, sufficit verificari haec duo contradictoria cognos-
ci, et non cognosci secundum eandem realitatem absolutam obiecti; cum requi-
ratur et sufficiat aliquis terminatio, vel non terminatio, vel non evidentia
ex parte actus, sed in ordine suo praesuppositionis obiecti: quod si non
cognoscimus verificari haec duo contradictoria produci, et non pro-
duci de eadem realitate absoluta obiecti, cognoscimus quod de omnipotentia
Dei divina obsequium iubeat quod propria quaeque intelligentia
captivemus.

Ad tertiam confirmationem contra mutationem rejiciendam
negatur: ad probationem distinguo maiorem: affirmativa et negativa
praedicta realitate, et non de alia, dividit absolute in duas
realitates ex parte obiecti, nego maiorem: in duas realitates ex par-
te actus, concedo: itaque sicut non distinctionis virtualis quam
supponit inter animalitatem et rationalitatem datur capacitas in
eadem absoluta entitate ad hoc contradictoria communicari et
non, ita non est ex distinctione data capacitas ad haec
affirmari, et non affirmari circa unam et eandem realitatem de
qua utrumque verificatur, de ipso eodem obiecto dicitur affirmari
et non affirmari absque ulla praesuppositione distinctionis realitatis
ex parte obiecti. Ad tertiam confirmationem contra mutationem, et mirabilem
de qua valde dubitari. Theologi in hac materia de incar-
natione negando communiter quod etiam per unionem hypostaticam
terminatur immediate ad personalitatem verbi, et non ad naturam
divinam immediate; ita communiter asserunt, quamvis id intellige-
re eadem cognoscere ac divina persona naturam
humanam assumpsit, quod fides repugnat: non autem cogno-
scimus negare hanc vim praesupponendi obiecto nostrae cogni-
tioni simpliciter multa physica absurda sequuntur et labi re-
cusamur: nec pluribus haec ex nostra parte poterit fore

imperitiamque prodit quam a Theologis de Divinis, quos iam tum relligiosius efferamus.

Paucis hanc formulam reddemus; ipsa enim rea Divinitatis commoda solutio, quae pro maxima sui gloria datur invenire. Ratio quod est petita a sophisticis: sententia ipsa cognoscens animal cognoscit materialiter rationale, quia sunt eadem materialiter entitas, non tamen cognoscit formaliter, quia formaliter in ista cognitione distinguitur realiter animal a rationali: animal enim in ista cognitione distinguitur ab alio, nomine proprio obiectivo, ac tibi verbum nominalis, nihil aliud proprie cognitione exprimitur, et rationale in ista cognitione nihil est aliud quod cognitio alio modo exprimitur, sed ut cognoscens distinguuntur inter se: Quia animal in ista cognitione realiter distinguitur a rationali in ea cognitione: quod illa nostra praevie contradictoria cognoscitur et non cognoscitur non de eadem entitate realiter, sed de diversis realiter creatis [illegible] minor [illegible] ut infusis his hanc insistere cogitationis, quae neque distinctum animal solutionis neque argumentum proinde perimere dominatur: quod dicitur contendo.

1°: quia tota vis huius difficultatis exurgit, quod si eadem entitas realiter ea, de qua dicitur praedicatio hic contradictoria cognosci, et non cognosci; sed hic contradictio non venit nisi immo nec eminenter per spiritus cognitionis animal, et rationale, cum ipse non reflexe cognoscendo proprie: quod realiter solum intendit modum ille contradictionis diversarum cognitionum. 2° quia etiam si animal in ea cognitione non sit cognitio realiter expressa (quod supponendum est) una cognitio terminatur ad animal et altera terminatur ad rationale, sed animal et rationale sunt eadem realiter eadem entitas: quod cognitio, quae terminatur ad animal, terminatur ad rationale, et e contra: si ista non terminatur, quod terminatur et non ter-

mi

-nimali: sed eandem realitatem: ergo cognosco, et non cognosco eandem entitatem, et remanet in suo vigore argumentum a contradictoriis desumptum Capite 3o. Thomistica argumenta examinantur.

Caput 3um

Thomistica argumenta examinantur.

Arguunt 1o quando video petrum ex procul se moventem cognosco illum esse animal, et tamen non cognosco illum esse rationale; sed tunc praescindo obiective animal a rationali: ergo. maior probatur: quia possum affirmare illam entitatem esse animal, et non possum affirmare esse rationale: ergo cognosco esse animal, et non cognosco esse rationale. affirmatio probatur: haec propositio petrus est animal est vera; sed non est obiectum propositionis illa propositio, quod petrus sit rationalis, sed quod sit animal: ergo solum animal est obiectum propositionis, et non rationale: Cum patet quia id solum est obiectum propositionis, quod exigitur ad veritatem propositionis. confirmatur: per eandem propositionem petrus est animal affirmo de petro esse animal, et non affirmo esse rationale: ergo per illam propositionem non cognosco rationale expresse ex parte obiecti.

Respondeo concessa maiore negando minorem: ad probationem concessa maiori, cum non cognoscere esse rationale et ad probationem nego cognoscere rationale [illegible] est verum [illegible]: Cum enim cognosco animal petri cognosco obiectum quod ipsum est animal petri; unde cum animal petri sit rationale, identice cognosco rationale: non autem cognosco esse rationale, quia non cognosco eam entitatem ex connotatione ratiocinationis, sed ex connotatione sensationum, qualis est motus localis: sicut cum ego procul video nivem album, et dulcem, cognosco quidem totum obiectum, quod simul album est et dulce est; non tamen cognosco esse dulce, quia non ex connotatione dulcis, sed ex connotatione albi cognosco obiectum. Ad confirmationem concessa maiori, et minori distinguo consequens: ergo solum animal est obiectum ...

stiadem praedicata opposita, et non rationale, nudo loquendo; solum est obiectum tacitum et repraesentatum omnibus oppositis, nego consequentiam: et similiter dicendum ad ... cum probationem: ad evidentiam est, quod ex parte ipso ... verificatur praedicata, quod est obiectum, quod praedicata enuntiat; aliud est obiectum quod ex parte tangitur, et repraesentatur ab actu; hoc enim est totum, quod materialiter est obiectum, ut saepe diximus. Ad 2um confirmationem respondetur, nego consequentiam propter dicta, quia hae contradictoria solum ... sunt.

Instabis. Contra, in nostra sententia verificantur plura praedicata contradictoria de eadem entitate rationali: probatur consequentia: verificatur de animali affirmari per ipsum, quod eius genus est animal, et verificatur de rationali non affirmari per ipsum quod eius genus est animal; sed haec sunt praedicata contradictoria, et animal et rationale eadem realiter entitas; ergo. Secundo verificatur de Petro cognosci esse animal, et verificatur de Petro non cognosci esse rationale; ergo verificantur etiam in nostra sententia contradictoria. Confirmatur. Vel etiam sequitur ex nostra sententia cognosci rationale, et non cognosci rationale, quando cognoscitur animal Petri: ergo. Probatur sequela: supponimus per nostram cognitionem animalis non cognoscitur rationale, quia non cognoscitur rationalitas; ergo cognoscitur, et non cognoscitur: probatur antecedens: rationale est entitas respectiva ad rationalitatem, tanquam ad terminum; sed non potest cognosci entitas respectiva, quin cognoscatur terminus: ergo non cognoscitur rationale, quando non cognoscitur rationalitas. Confirmatur 2o non minus contradictoria sunt haec cognosci, et non cognosci, quam haec cognosci clare, non cognosci clare; sed ex nostra sententia sequitur horum verificatio: ergo. Minor probatur: cognito animali per hanc cognitionem animal cognoscitur clare animal; sed per hanc cognitionem non cognoscitur clare rationale: ergo verificatur cognosci clare, et non cognosci clare de eadem entitate rationali.

Respondetur negando assumptum consequentiam: ad probationem nego maiorem quoad 2am partem; falsum etenim est verificari de rationali non

affirmari per illam propositionem Petrus est animal. Item cum verificatur
affirmari reale ut tale per illam propositionem Petrus est animal affirma
tur non reale ut animal, hoc est, reale cognitum ex operationi
bus sentiendi: ut autem affirmetur de reali ut tali, debet affirmari
de reali cognito ex operationibus ratiocinandi, quod non attingitur
affirmando Petrus est animal: similiter distinguo antecedens: verificatur
de Petro, cognosci esse animal, et verificatur de Petro, non cognosci
esse reale, secundum id, quod dicit esse reale respectivum, nego
antecedens: secundum id, quod dicit esse reale respective cognitum, concedo.
esse reale respectivum dicit praeter illam entitatem, quae eatenus
est realis, et hoc est esse reale, et hoc tamquam obiective ad illo addit
Petrus est animal, cum esse animatum sit obiective ipsum esse reale,
cum tamen esse reale respective cognitum est cognosci esse reale opera
tionibus ratiocinandi, nec quamvis possumus verificari in propositione,
cognoscit Petrus esse animal ut tale per hanc cognitionem Petrus
est animal, non cognoscit Petrus esse reale ut tale per hanc cognitio
nem Petrus est animal, quia minime sunt contradictoria, verificantur
enim de Petro simul, sed de Petro cum operationibus sentien
tiendi, quod distinctum realiter subiectum est a Petro cum operationi
bus ratiocinandi: unde verae sunt hae Petrus cum operationibus
scilicet ex operationibus sentiendi cognoscitur, Petrus cum operationibus
scilicet ex operationibus ratiocinandi non cognoscitur, quod non arguit
non cognosci Petrum, sed non cognosci operationem ratiocinandi.

Ad 3.
